


~~Res~~
~~3095~~

~~Sc~~

~~1798~~



1795

RELECTIO c. NOVIT DE IVDICIIS NON MINVS SVBLIMIS

Quam celebris, pronunciata An. M D XLVIII. Coram
frequentissimo, eruditissimo, ac maxime Illustri
Auditorio in Inclita Lusitanæ Conymbrica.

PER MARTINVM AB AZPILCVETA DOCTOREM
Nauarrum, tunc eius in Sacra facultate Canonum primariae functionis
gymnastam, decennio uero ante eodem munere in præclarissima Sal-
mantica functione, & ante annos circiter XX. iam iubi-
latum seu rude donatum.

Nunc autem hoc Anno M D LXXV. maxima de causa in Vrbe residen-
tem, & in Sacra Pænitentiarie Prætorio Doctoris
Decretorum officio fungentem.

Præmisso in Rubricam eiusdem tituli Commentario utili, quotidiano & reso-
lutorio, additis item sub hoc signo * quibusdam, quæ in hac secunda
editione occurrerunt, præfati authoris ætati apta.

In quibus contenta uersa pagella docet.

N I L



V L T R A



CVM LICENTIA SVPERIORVM.

R O M Æ, M D LXXV.

Apud Iosephum de Angelis:

*Insignis forma, doctrina insignior unus.
At superat summi cultus utrumque Dei.*

Doctor Martinus ab Azpilcueta Nauarrus.



In Rubrica.

Epilogus siue resolutio breuis eorum quæ ab aliis & ab Authore alias suis sunt disputata, sumendo uerbum, Iudicium, pro Iudiciali processu Mulea quotidiana de Iudicio sumptō proprio pro iudicandi actu, de quibus nil ante hac in ea tactum.

In Relectione c. Nouit.

- 1 Notabile Deum omnia nosse.
- 2 Creaturam nullam omnia scire.
- 3 Potestatem summam laicam non esse penes Papam.
- 4 Diffinitio correptionis, & eam iure diuino præceptam.
- 5 Certo ordine ad denunciationem Euangelicam deueniendum, & denunciationis diffinitio exacta.
- 6 Potestatem ecclesiasticam extendi ad cognoscendum de omni peccato mortali cuiuslibet Christiani etiam laici &c.



INCLYTO CLEMENTISSIMOQ.
DOMINO SEBASTIANO HVIVS
NOMINIS PRIMO.

*Lusitanorum, Algabriorumq. Regi, Áphricano,
Æthiopico, Arabico, Persico, Indico, fælici,
Victori semper Augusto.*



MARTINVS AB AZPILCVETA DOCTOR
Nauarrus Rempub. Christiane administrare.

RO G A T V S a multis Inclyte, Clementissimeq; Rex,
vt relectionem c. Nouit, de Iudic. cuius bonam
partem pridem tribus horis integris coram tota
Maiestatis tuæ celeberrimæ Conyinbricæ Acade-
mia pronunciaui, quāq; Serenissimo Patri tuo Principū flori
Regi designato nuncupaui, denuo æderem, decreui titulum
eius quadam bonarum herbarum synthesi ornare, ipsainq; re-
lectionem ea, & aliquot alijs auctam Maiestati tuæ nūcupare:
Non quidem quod non uideam detergere me ab hoc debere
non solum illa, quæ deterrebant ad eam illi dedicandam, sed
etiam alia, in quibus est, quod licet ille maximus esset eo no-
mine, quod erat Rex designatus, quem Europæ, Aphricæq;
Occidens, Asiae oriens, & interiectus meridies, qua a Tago in

Gangem alluitur Oceano, suum futurum dominū agnoscebat, & suspiciebat. Tu uero longe maior es, qui iam dudum in solium Regni euectus, & Regio diadematē coronatus, nō solum eis omnibus iura, & leges fers, sed etiā Christiani nominis hostes ea turbantes, & Christianæ fidei propagationem in eis impedientes tua magna potentia diuinitus aucta iam pridem terres, & miris trophæis, humanamq; fidē superantibus fractos fœlicissime triumphas. Audeo tamen hoc facere primum, quod pro materiae sublimitate, subtilitate, & utilitate, omnium relectionum quas unquam pronūciauimus, prius obtineat. Et quod bona eius pars sit de summa summorum Monarcharum, cum Regum, tum Pontificum potestate, tuæ Maiestati cognitu dignissima, quo idem paternum, & laicum, sed supremum Imperiū illæsum conserues, & religiosissimos parentes, Auosq; imitatus facrosanctæ sedis Apostolicæ, sum miq; Iesu Christi Regis regum, & domini dominantium Vicarii potestatem cœlitus ei datam eo modestius, religiosius, & fortius suspicias, colas, & tuearis, quo nostra calamitosa tē pestate superbius, quidam irreligiosius, & audacius cōtemnere, de honestare, & cōnuellere frustra conantur. Quoque Santissimus D. N. Gregorius XIII. (primis Christi, qui a multis seculis prædict. sed. præfuerunt, Vicariorū anumerādus, colēdus, & suspiciēdus) te syncerius diligit, tua trophæa magis miratur, & laudat, augeriq; indies uehementius cupit, & procurat. Deinde, quod decere oportereq; uidetur, ut qui beneficia maxima accepta ab Auis tuis illis Christianissimis Ioanne III. iam cum diuis, ut par est credere, regnante, & Regina Donna Catharina prima cum primis non solum sui ordinis, sed & cuiusq; aliis ad idem Regnum omnibus neruis conante (quales Reges, pietate, prudentia, Iusticia, modestia, pacis artibus in pios, belli uero in impios, & in diligendos, leuādos, iuuādosq; suos

tuos subditos, ac filios ætate sua nulla terra coluit, neque (abit
uerbo iniuria) colit) literariis muneribus, & aliis obsequiis
agnouerim, Quique etiam dona accepta a Serenissimo Patre
tuo, Principum flore Rege designato, matreq; illa tua Donna
Ioanna Principe multis nominibus altissima, Patruoq; tuo
magno Cardinale infante incóparabili, Amitaq. tua magna
infante Donna Maria sui ordinis Principum communi sente
tia prima, singulis eiusmodi muneribus singulariter recogno
uerim, tua quadātenus gratius collata, nullisq. aliis obsequiis
haec tenus agnita, eiusdem generis munere agnoscam, simul
ubiq. gentium prædicem me tuum alumnū, totiq. tuæ genti
Lusitanæ ingenio in omnia pacis, & belli munia uersatili,
myltis nominibus deuotum, eo præsertim, quod arbitrer, nul
lum aliū exterum apud eam mēa ætate accolam fuisse, qui tā
ab eius summatibus, quam infimatibus, & aliis cuiusq. ordi
nis magis diligenteretur, & supramerita coleretur, & cui a præ
dictis Regibus maiora offerrentur, quam ipse, quē extra sua
regna etiam num peregrinantem, & humili loco cū renui fa
cilitate degentem adeo amat, & honorat, ut merito meæ par
uitatis conscius confundar. Ad hæc quod uehementer cupio
hoc facere iam inde ab illo tuo die natali fœlicissimo, toti or
bi Lusitano festiuissimo, in quo singulare priuilegio ad locū
secretum (ubi a sola tua Auia Regina, & nutrice pannis inuo
lueharis) solus admissus, primum manus Regiæ osculo suspe
xi, iussuq. eiusdem Reginæ, ut id facerem, licet indignus, be
nedixi, beneq. precatus fui, ut qui omniū totius illius orbis
spē successoris ferè destituti tam obnixis precibus, tam ardē
tibus uotis, rāq. mœstis lachrimis mirè a diuina bonitate im
petratus fuisti, euaderes similis illis, qui similibus supplicatio
nibus, simili amaritudine porrectis obtenti fuerūt ab habēdi
prolem spē ferme defectis, quales fuere Isaacus, Iosephus,

Samp-

Sampson; & Samuel, & nūc grātias ago, ut alias frēquenter
egi Deo Opt. Max. quōd etiā num adoleſcens eos non ſolū
corporis robore, & animi conſtantia, & fortitudine, ſed etiā
egregia pietate, innocentia uitæ Regiæ rara, prudentia ſeni-
tia, & iuſtitia æqua, rerumq. domi & foris in bello, & pace geſta
rū gloria ita referas, ut merito totus orbis Christianus id mi-
ratus, magnopere optet uidere tua hymenea festa, quę te mox
faciant pulchra prole parentem, quæque omnibus neruis
ita in adminiſtranda Christianè Repub. tibi aſſiſtat, ac
Auiā tua incomparabilis tuo Auō uix imitabili aſſiſtere ſole-
bat. Quamobrem ægrè fero, quōd nondum potuerim ſuppe-
ditare otium ad conficiendum illud munus, quod in id iam
pridem animo conceptum habeo, & ægrius, quōd iam gra-
uia ſenio uereor, ne illud conficere queam, Aegerrimè autem
ferrē, ut antea Atrōpos uitæ meæ filia rūperet, quā id aliquo
uel hoc exiguo Vrbi & Orbi teſtarer. His accedit, quōd per
hōc offertur locus aptus ad reddendam ratiōnem non ſolum
tūc Maiestati, ſed etiā aliis quainplurimis demirantibus, cur
poſthabitis a Regia Maiestate oblatis, & omissio Conymbri-
cæ 500. aureorum ſtipendio annuo extraordinaire, cum mul-
tiſ aliorum iurium emolumētis, contentus ſolo mille aureo
rum annuorū ordinario ſtipendio, perpetuo tamen, & quo
ante 20. annos Rude donatus, & ut aiunt, iubilatus tua Regia
magnificentia ſuſtentor, laboriosam peregrinationem fuſce-
piſsem, curq. eandem nondum perfecerim, neque id, in quod
eā ſuſcepī, præſtiterim; Et quidem cauſa eā ſuſcipiēdi, Rex
clementiſſime, ſuit, quod iam tunc 62. ætatis meæ annū agens,
fractusq. continuis per totā uitam ſtudiis, prælegendiq. in ua-
riis Academiis laboribus, merito putabar intra paucos annos
uita defuncturus, quamuis (Deo præter meam & cominunē
opinionem id anniuent) iam poſtē uixerim uiginti. Et ant-

quam

quam ea defungeret, maxime cupiebam recognoscere, augere, & dolare operam meam ædita, quam ædenida, Auditoribus meis promissa, & probabili conjectura ducebar, nullatenus me inter tot Heroes, tot Amicos, & notos toties me consolentes, iustum otium ad id intra tam paucum tempus iuste faciendum, suppeditaturuin. Quarè constitui de prædictorū Regum licentia, & de sola eorum conscientia traij cere in Italiā, in quā ignotus nomine, & habitu, solitis in insolita, sed vera, & meæ professioni apta mutatis, propositū exequerer extra Vrbem, posteaquam sanctissimas eius reliquias, & ecclesiās in id statas, nulli mei facta notitia, uisitassem: Causa uero cur nondum eam perfecerim, nec opus propositum præstite rim, prima fuit, quod transiens per Castellam a Sērenissima matre tua (quæ pro Cæsare patre suo omnia regna eius Hispaniæ sapientissimè, suauissimeq. gubernabat, quæq. mel longe pluris quam merebar semper fecit, iam inde a tempore quo nomine Conymbricen. Academiæ recens despōsam Vlixbonæ salutaui) ad quædam satis ardua unum circiter annum detentus fui, tam eo iure, quod origine Nauarrus Cæsari suberam, quam eo, quod incolatu Lusitanum etiam extra eam parere oportebat tantæ Principi Lusitanæ, quæ suarum heroicarum virtutum radiis corusca, sydus erat placidum regnis, quæ regebāt, & quorum princeps erat, mira dexteritate, sanctitateq. eadem concilians. Secunda, quod propter bella Galliæ, qua transire necessum erat, oportuit in Nauarra solo meo Natali morari, donec fieret copia per eam transeundi, & quod ea facta, trajecto Pyreneo monte in ipso Galliæ lamine crure quadrifariam casu mulæ confracto, restiti, & non semel conclamatus in idem natale solum redii, ubi nondum plenè adhuc ualenti, facta fuit iussio prima Regis Catholici, cui ratione originis suberam, ut capescerem defensionem Iustitiae,

stir.æ, quam Archipræsul Toletanus Pinciæ siue Valleleti
custoditus haberet, & cum ob prædicta & alia ab ea supplicas
sem, allata est secunda, quæ omnem præter solam mortis ex-
cusationem excludebat, qua coactus rediij ad texendum in
illa processum, cuius textura, quæ quolibet semestri uideba-
tur finienda, octo annos durauit. Tertia, quòd post eum
finitum, & ut in urbem deferretur una cum ipsomet Ar-
chipræsule esset decretum, in tua Rex regna rediisse, li-
teras a Rege Catholico, & summo suo Præside super meo in
Vrbem ad continuandam usque in finem eiusdem causæ de-
fensionem, aduentu accepi, quod cum Maiestati tuæ iustum,
& pium opus esse uisum esset, per uarios casus, & uaria di-
scrimina rerum venimus in latium, vbi quolibet semestri finē
expectantes, octo circiter annos iam peregrimus. Maiestati igi-
tur tuæ Rex clementissime humillimè supplico, ut præfatā
peregrinationem boni consulere, & munus hoc minimū Re-
gio, eodemq. maximo animo suscipere digneris de manu hu-
ius minimi, certus, quòd nec peregrinatio, nec quicquā aliud
impedit, quo minus dum uita manebit, tuū me semper agno
scam seruū, licet inutilem, sacrificumq. & oratorem ad Deū
quamuis indignum; qui nunquam non supplico, et suppli-
cabo Maiestati diuinæ, ut tuam istam humānam pro mea,
quā iam inde ab illo tuo Natali die semper habui, semperq.
prædicau, expectatione, quam optimè fortunatam, et fœlicis
sim am efficiat æternum. Amen.

C V M Privilegio S. D. N. Gregorij XIII. & aliquot præcessorum suorum, ne quis
alius ab ipso authore sine ipsius expresso consensu, per uniuersum orbem Christianum
constitutus, opera eius, uel eorum aliquam partē imprimere &c. chius totus tenor in
Manuali Confessoriorum, & alijs operibus eiusdem authoris extensus typis excutitur.

Commentum nouum & utile in Rubr. de Iudicijs:

Summaria:

- Author huic editioni iam pridem editæ quid nouè addit. num. 1.
Iudicialis Streptus aliquantula cœlestium memoria saliatur. num. 2.
Continuationis huius tituli ratio multiplex, sed quæ utilior num. 3.
Argumentum de preparatorio ad preparatum non ualere simpliciter nnn. 4.
& ut potest ualere num. 7.
Matrimonia quæ non ualent, & sponsalia sic hodie num. 5.
Adulterio uxor perdit dotem, sed non eius preparatorijs, quæ licet sint peccata mortifera, non æquantur illi num. 8. licet ex eis cum alijs circumstantijs presumatur illud num. 9.
Dns propior uxori, quam feudum uasallo num. 10.
Iudex preparatorijs, quando fit Index causæ preparatæ num. 11.
Iuramenti ratione quando quis nouum sortitur forum num. 12.
Don Didacus a Leijua sine Conarruuias laudatus num. 13.
Iudicium significat quindecim, sed nullum eorum originario significato num. 14.
Iudicium pro discussione, sine processu iudiciali diffinitur sic paulo cautius n. 15.
Iudicium inquisitionis propriæ dicitur Iudicium, & quodlibet alind etiam ante litem contestatam num. 16.
Iudicium est duplex: ordinarium, & extraordinarium, quorum utrumque habet unus non definitum sic diffiniri potest num. 17.
Iudicium inquisitionis absolute extraordinarium, secundū quid ordinarium. n. 18.
Iudiciorum aliud spirituale, aliud temporale, & utriusque definitio. num. 19.
Ius patronatus est spirituale, & annexum spirituali. num. 20.
Annexum alicui non est idem, quod illud in specie, sed potest esse in genere. n. 20
Disputatur male An hoc sit illud, priusquam sciatur quid sit illud. num. 22.
Spiritus multa significat, & ideo spiritualia multigena. num. 24.
Spirituale diffinire non facile, sed diffinitur sic quoad propositum. num. 25.
Dona Dei non omnia esse spiritualia, & quæ talia. num. 26. (num. 27.
Sacramētalia & beneficia, quæ rōe sunt spiritualia, eadē est & Ius patronatus.
Spiritualia quadā alijs spiritualibus spiritualiora, & ideo alijs alia aunexa. n. 28.
Sacra non omnia spiritualia. n. 29.
Spiritualibus cur dicantur annexa beneficia, & Ius patronatus. num: 30.
Iudiciorum aliud criminale, aliud Ciuale, alind mixtum, & omnium difinitio. num. 31. & 34.
Iudicium ad remouendum quem ab officio, Criminale est, non obstante c. Per tuas de Simon. num. 32.
Intelletus c. Per tuas de Simon. num. 33.
Crimina non semper omnino extinguntur morte. num. 35.
Causa Criminalis quarè interdum vocatur pecuniaria. num. 36.
Pœna Criminalis quarè interdum vocatur Ciuilis. num. 37.
Pœna pecuniaria legalis, vel Conventionalis cui applicanda. num. 38.

Nitorum rogatu editurus Romæ repetitionem in cap. Novit. de Iudic. iam pridem anno 1548. Coniuncte etiam editam, decreui praemittere more antiquorum repetentium, quædam in ipsam met. Rubricam: & primum quidem reducens in Epilogum, & summam ea quæ de Iudicio, prout sumitur pro processu Iudiciali, ordinariè post aliòs. (iuxta personam Gimnastæ, quam tunc agebamus) scripsimus anno 1538. & sequenti in eandem, quæ nondum sunt edita, nec ex Hispania, ut nunc adi possint, in urbem delata: Adicatis tamen aliquot, quibus mens quadam tenus cœlestia monatur, pro persona Censoris, quam in præsentia gerimus.

I I. addemus multa de Iudicio, prout sumitur pro auctu iudicandi, quibus pius lector præmoneat ea, quæ de iudiciis est doctrina, non solum dōceri qualis debeat esse ordo processus Iudicialis externi, sed etiam qualis esse debeat tranquilla animi cuiuslibet determinatio, & dissensio: Auditorium dignum, ni fallor, quod omnes tam interni, quam externi fori Iudices, & tam priuata, quam publica autoritate iudicantes, semper præ oculis habeamus. Primum igitur in Epilogum redigendum est, quod Decius in utraque lectura, & Ripa eruditè, subtiliter, & laboriosè quidem, sed parum utiliter videntur de ratione continuandi, & subordinandi hunc titulum præcedentibus disputare, & planius, ac utilius Tironibus præsertim est dicere, quod ratio qua Gregorius motus fuit ponere hunc titulum in principio huius libri, est. Quod totum hoc volumen Decretalium, digessit in quinque libros, quorum materias designant illa quinque verba illius Serarij antiqui: Iudex, iudicium, clericus, sponsalia, crimen; Quorum primum, scilicet: Iudex, designat, Quod in primo principaliter tractatur de personis Iudicium, & de pertinentibus ad eos: & secundum, scilicet: Iudicium, Quod tractatur principaliter in secundo de Iudiciis, siue processibus ludicum siue pertinentibus ad ea. Tertium vero, scilicet: Clericus, quod in Tertio principaliter agitur de clericis, & ad eos pertinentibus. Quartum au-

tem,

tem, scilicet; Spōnsalia, quod in quarto tractatur principia liter de sponsalibus, & matrimoniiis, & ad ea pertinentibus. Quintum denique, scilicet: crimen, significat; Quod in quinto principaliter agitur de criminibus, & ea tangentibus, & ita in principio secundi libri praemittit titulum generalem de Iudiciis.

Secundum illationem illam Pan. & omnium posteriorum,
 4 quod valet argumentum de præparatoriis ad præpara-
 ta, quam excerpunt ex illa continuatione Iohān. Andr. vi-
 delicet: supra dictum est de præparatoriis Iudiciorum, nunc
 de ipsis Iudiciis est videndum, non esse efficacem: Quan-
 doquidem innumera sunt præparatoria, de quibus non di-
 cuntur verè illa, quæ de præparatis: nam Sponsalia præpa-
 rant ad matrimonium, sed non sunt indissolubilia, vt illud:
 c. Quemadmodum de Iure iur. Qui contrahit illa cum con-
 sanguinea, vel religiosa, non excommunicatur, vt qui con-
 trahit illud: Clemen. i. cum glos. de consang. Hodiè valent
 sponsalia abiente Parocho contracta, non tamen matrimo-
 nium: iuxta c. i. Concil. Trid. sess. 24. de refor. matrim.
 adiunctis, quæ nos addimus in Manual Confess. cap. 22. nu.
 25. & melius c. 25. num. 144. Probatio est præparatoria ad
 sententiam, non tamen transit in rem iudicatam, sicut illa,
 & non est necesse appellare ab illa, sicut à sententia: Nec est
 exequenda sicut sententia, vt palam est toto tit. de probat.
 test. re iud. & appell. Prima item tonsura preparat ad ordi-
 nes maiores, sed non est ordo Sacer, sicut illi: c. A multis
 de ærat. & qual. Ius item patronatus non est beneficium ec-
 clesiasticum, potest cadere in laicum, potest donari, & lega-
 ri, non autem beneficium, & cæcera infinita: Quare illud
 Barth. in l. Qui proprio §. Item queritur. ff. de procurat.
 Quod procurator constitutus ad præparatoria, tenetur de-
 fendere Dominū in præparatis, alio quidem textu, vel alia ra-
 tione est vera, non tamen illa, quod idem sit iudicandum
 d. præparatoriis & præparatis, ynde & ipse ibidem asserit, pro-
 curatorem primæ causæ non teneri ad defendendum causam
 appellatiois, licet prima sit præparatoria ad secundam.
 Tertium, quod minus inferitur illud Bal. i in cap. tue. de

- 6 procurat. in vers. quid si absque carnali copula ; nempe ; Quod sicut mulier priuatur dote propter adulterium c. plerunque inf. de donat. inter vir. & vxor. ita etiam debeat priuari propterea ; quod passa sit manus alterius ad mamillam , arg. à præparatoriis ad præparatum : Tum , quia licet inter præparatoria & præparata debet aut potest esse aliqua subordinationis, conuenientia, aut coherentia, non tamen tanta, vt
- 7 de utrisque eadem dici queant , præsertim quando necessario non esse inferunt , vt in casu proposito , non enim necessario infertur : Tétingit mamillas , igitur habuit rem cum illa : Tum , quia longè maius est peccatum adulterium, quam
- 8 passio manus in mamillas, vt colligitur ex Thom. 2.2. q. 151. art. 4. dum ponit differentiam inter castitatem , quæ est circa ipsum actum carnalem , & inter pudicitiam , quæ versatur circa alloquia, tactus , & oscula turpia ; & melius q. 154. art. 4. quatenus ait : Alloquia, tactus , & oscula , sua natura , siue absolute considerata , vt ait ibi , Gaiet. non esse peccata mortalia : Tum , quia alioqui etiam propter visum , alloquium , vel solius manus tactum libidinosum , deberet perdere , quia etiam , hæc sunt peccata mortalia , & præparatoria adulterii cap. Nec solo 32. q. 5. tradit Thom. in d. q. 154: art. 4. quod tamen nemo dicat : Tum , quia poena non debet extendi de uno casu ad alium c. Poenæ de poenit. dist. 1.
- 9 præsertim ipso lute imposta , glos. solen. cap. fin. de Iur. patron. saltem quando non est eadem ratio , ut hic per præfata , imò neque quando est eadem ratio , nisi interuenerit aliiquid aliud de illis , quæ Domini. & Franc. ponunt in cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. pér quod soluuntur rationes , quibus Ripa hic adhæret Bald. Tum , quia §. 1. quib. mod. feud. amitt. qui loquitur de feudatario ponente manus ad mamilas Vxoris Domini , non rectè arguitur ad vxorem , quæ patitur illam impositionem . Partim , quod reuerentia feudatarii maior debeat esse ad Dominum cuius vasallus est per Iuramentum solenne astrictus , & dono feudi obstrictus ,
- 10 quam vxoris ad maritum , quæ creata est ei socia Genes. 2. Partim , quod feudum quod perditur minus sit illius quā dos vxoris , quia non est nisi quoad utile dominium: Tum , quia si exco.

si excommunicatio ferretur ipso iure in eum qui adulterare-
tur, qui predicta impudica faceret abstinendo se à copula,
non esset excommunicatus: Tum, quia licet ex his actibus
impudicis colligatur aliqua presumptio, non tamen illa est
præsumptio iuris & de Iure, contra quam non admittitur
probatio, & ita probato contrario non iudicaretur adulte-
ra, nec consequenter priuata dote. Quare resoluendum est
primo, dicto Baldi non esse locum in foro conscientiae. Se-
cundo neque in foro exteriori probato contrario, quod
cessat præsumptio. Tertio, Quod neque esset locus illi etiam
non probato contrario in solo tactu mamillarum, immo nec
in solo osculo, nisi probarentur aliquæ aliæ circumstantiæ
loci, temporis, vel personarum, ex quibus iudicanda esset
rea adulterii, quo casu non perderet dotem ex eo solo, quod
passa est tangi vel osculari, sed quia probata est, & iudica-
ta adultera.

¶ 1 Quartum, non inferri etiam ex predicta continuacione,
Quod Iudex Ecclesiasticus aditus ab aliquo pro absolutio-
ne à iuramento à se præstito ad effectum agendi aduersus
contractum, quem iurauit, fiat Iudex super ipso contractu,
si alias non erat competens ad cognoscendum de illo, quia,
ut prædixi, coherentia præparatorii ad præparatum, non est
tanta; ut quicquid dicitur de altero, sit de altero dicendum,
nec consequenter efficit, ut Iudex Ecclesiasticus ex eo solo
quod est Iudex præparatorii, fiat Iudex præparati vi contra
Bald. tenuit Castr. in l. Ordinarii, C. de rei vend. quem se-
quitur & confirmat Decius hic, quem in predicto anno
1538. secuti, confutauimus Baldū ea ratione qua Ripa hic
defendit communem. Tum, quia illud Baldi in d. l. ordina-
rii C. de rei vendic. Iudex causæ præparatoriæ debet esse &
præparata, restringendum est, quando esset competens præ-
parata, etiamsi non cognouisset de præparatoria, de tali
enim loquitur illa lex Ordinarii, in qua ipse se fundat: Tum,

¶ 2 quia c. fin. de for. compet. lib. 6. quod habet: Cognitio-
nem de iuramento spectare ad Iudicem Ecclesiasticum etiam
inter laicos restringendum est, quando agitur ad obseruan-
tiæ iuramenti, & ad cogendum iurantem seruare illud non

autem cum prætenditur contrarium. Procederet etiam dictum Baldi, cum Iudex absoluens esset competens in materia, in qua Ecclesiasticus esset competens alia ratione quam iuramenti, qualis est usurarum, sacrilegii &c. Tum, Quia Alex. 3. in c. Causam quæ qui fil. sint legit. noluit cognoscere de spolio partis in præiudicium Iurisdictionis Regis Angliae, licet cognosceret de legitimitate eius, Tum deniq; Quod nullo iure, neque villa efficaci ratione probatur, quod Iudex incompetens super vna causa, fiat competens in illa eo solo quod cognovit de præparatoria ad illam, immo vide tur casus in contrarium in l. 1. C. ad exhib. & hanc partem seruat usus & praxis Hispanie & etiam Galliae, & decis. Tho los. 5. 1. diffinit Iudicem Ecclesiasticum, qui cognovit de legato pio, non posse cognoscere de interesse omisso, casu quo illud peti posset coram competente laico, licet cognitio de debito legati præpararet ad debitum interesse, & quod multi authores classici citati per Dec. & Ripam id tenent, quod ipsum etiam post nos tenuit eruditissimus iuxta ac piissimum

13. Didacus à Leiuia siue Couuaruicias, feruentissimus olim, auditor noster Salmantice; nunc autem præses Illustrissimus Consilii Regis Catholici, & Episcopus Segobiensis Reuerendiss. lib. 1. var. resolut. cap. 4. nu. 8. tametsi plus rationibus prefatis quam auctoritati omnium præfatorum fidam.

14. Quintum quod hæc vox [Iudicium] quindecim Iurisperitis significat, secundum Iohan. Monach. in hoc eod. tit. lib. 6. contenta hiis tribus Senariis.

Actio lis, author, forus, arbiter, ultima velle,
Questio, discre; sen. instan. discussio, posse,

Pernicies, poena, processus judicialis.

Hoc est, significat actionem ff. de iudic. l. In tribus inf. de procur. c. Ex litteris [item] ff. de pecul. l. quod debetur ff. ad Trebel. l. 1. 2. respon. [Authoritatem] infra eod. cap. Decernimus [forum] infra eod. cap. quanto [Arbitrium] 2. q. 6. cap. A iudicibus & ff. qui satisd. cog. l. Arbitro de offic. de leg. lib. 6. c. Ab arbitris, ibi enim arbiter dicitur iudex, ergo & arbitrium dicetur Iudicium [ultimam voluntatem] C. de sacrosan. eccles. l. 1. & cap. Licet de sepult. lib. 6. [Quæstionem]

stionem j C. de ordin. Iudic. l. quæstionum infra qui fil. sine
legit. c. per venerabilem s. Rationibus [Discretionem] ff. de
iudic. l. Cum Prætor. infra de præb. cap. Graue [Sententiam]
de offic. deleg. cap. De causis. de appell. cap. si duobus
circa fin. de præscrip. cap. fin. ff. de legat. 3. l. qui con-
cubinam s. si hæres & Ecclesiast. 18. cap. ibi: Ante iudicium
iustitiam tibi para [Instantiam]. C. de iudic. l. properandum
s. 1. cap. venerabilis inf. cod. [Discussionem] vt hic & C.
& ff. cod. tit. & inf. de verb. signi. c. forus in princ. [Posse
vel potentiam] ff. de Iudic. l. Iudicium soluitur, id est pote-
stas iudicandi [Perniciem] 1. ad Corinth. 11. ibi: Iudicium
id est perniciem sibi manducat & babit, sic exponitur 4. sent.
dist. 9. in fin. [Poenam] Mathei 4. qui occiderit reus erit iu-
dicio, id est poena, sicut Iohan. 3. ibi. In resurrectionem Iu-
dicii, hoc est poenæ æternæ [Processum iudiciale] infra
cod. c. 1. & cap. 1. de except. lib. 6. in princ. Addo tamen om-
nibus, quod verbum Iuditium nihil horum significat secun-
dum suam propriissimam & originariam significationem ve-
infra n. 39. monstrabitur Dixi (originariā) quia secūdum pro-
priam etiam illa satis propriè significat. Porro Iudicium pro-
ut significat discussionē, vel processum iudiciale ut hic sum-
mitur diffinitur esse actus trium personarum, Iudicis, acto-
ris, & rei in discutiendo contendentium, vel contendere pa-
rantium, in qua diffinitione verbum, actus, videtur acci-
pi singulariter vel collectiuè pro vno vel multis actis momen-
taneis vel successiuis prefatarum trium personarum, vt
accipi potest iuxta doctri. Barth. in l. si pluribus sub fin. de le-
gat. 2. & verbum, trium, pro triplicis generis, & verbum,
personarum, vt comprehendat etiam personas fictas, quo-
niā in Iudiciis inquisitionis & denunciationis, & aliis, quæ
ex officio fiunt, pro actore vel accusatore, interuenit fama
vel notorietas, aut Reipub. utilitas, vt colligitur ex cap. Su-
per hiis & cap. Inquisitionis de accusat. imò & pro reo inter-
uenit damnum publicum, sicut & pro actore utilitas publica
in iudicio inquisitionis generalis, quæ sit iuxta l. Congruit
ff. de off. præsid. & cap. 1. de offic. Iud. ordin. Dixi, in di-
scutiendo, pro, in Iudicio, quod ponit communis, & pro in-

loco Iudicij, quod ponit Decius & Ripa, ne diffinatum in definitione reperatur. Addidi, vel contendere parantium, ad comprehendendum principium Iudicij, quod est citatio s. fin. Inst. de pœn. tem. litig. & libelli oblationem, recusationes, interrogations, confessiones, probationes, & alia quæ passim fiunt ante litem contestatam: Per quas expositio nes longè planius, breuus, & utilius, quam ab aliis potest defendi definitio communis, ex qua infertur, quod iudicium inquisitionis, vel denunciationis est propriè iudicium, & quod iudicium non solum inuenitur post litem contestatam, sed etiam ante illam, licet integrius post illam, sed integratas & magnitudo non mutant speciem l.f. ff. de fund. instr. & licet multa liceant post litem contestatam, que non liceant antea: c. Quoniam frequenter ut lit. non contest. & econtrario multa licent antea quæ non liceant post: l. post litem ff. de procur. & licet ob id quoad quedam iudicium dicitur incipere à litis contestatione l. vbi coeptum ff. de iudic. vnde & multæ cautiones & prætorię stipulationes præstitæ ante litem contestatam, proprie dicuntur iudiciales: l. 1. & 2. ff. de præt. stipul. & quidem omnia quæ fiunt coram iudice ad contendendum, imo & ad concordandum, ad incipiendam litem, vel ad impediendum eius initium, dicuntur esse iudicium vel aliqua pars eius, vnde recte Dec. quem sequitur Ripa, discedit à Signor de Homod. in cons. 163. incipie. statuto ciuitatis Mediolani, quatenus determinauit: Non posse fieri præceptum de soluendo minori 25. annis, tanquam confessio in iudicio, ante litem contestatam, etiamsi illud fecisset post octodecim annos, & stante statuto ut minor 25. annis modo sit maior octodecim, habeat legitimam personam standi in iudicio.

17 Sextum, quod diuiditur iudicium primo in Ordinarium & Extraordinarium. Quoniam autem Innoc. communiter receper. tenuit in cap. Cum oporteat de accusat. iudicium inquisitionis dici extraordinarium, & in cap. Dilecto de sent. ex-com. à multis etiam recep. tenet esse ordinarium, & super eo relato hic per Panor. magna tempestas orta est inter omnes posteriores: Non est facile ita diffinire membra huius di visionis

tisionis, ut non remaneant aliquot scrupuli, quod factum
 esse suspicor, ut nemo illorum videatur ausus vllum ille-
 rum diffinire. Arbitror autem posse diffiniri Iudicium ordi-
 narium, esse Iudicium, in quo proceditur mediante actio-
 ne vel accusatione vera. Duxi, Iudicium, pro genere, & ,
 cum actione, ad comprehendenda iudicia ordinaria ciuilia,
 & ; cum accusatione ad comprehendenda ordinaria crimi-
 nalia : Actio enī & accusatio propriè sumptae sic differunt
 iuxta gloss. recep. in princ. Instit. de actio. & in Rubrica ff. &
 C. de act. iurat. Rubr. ff. & C. de accusat. Duxi, vera, quia & in
 famia vel aliquid ei equipollens ob quę inquiritur, quidam
 accusatores facti sunt ut post Tho. & alios inf. n. seq. traditur.
 Iudicium autē extraordinarium est, in quo sine actione, vel ac-
 cussione vera proceditur: Duxi, Iudicium, pro genere, reli-
 quā pro differentia, quā differt ab ordinario. Tum, quod ex-
 traordinarium, illud esse dicitur, quod officio Iudiciis expe-
 ditur l. pecunie verbum s. persecutionis. ff. de verb. sign. l.
 Cum filius ff. si cert pet. & in l. si cui legatum in fin. princ.
 ff. de cond. & demonstr. in l. i. s. si solent ff. de exerc. Tum,
 quia extraordinarium dicitur illud, quod contra regulas lu-
 18 ris communis conceditur l. In cause la 2. in princ. ff. de mi-
 nor: Ex quibus dissinitionibus clare inferitur: Iudicium in-
 quisitionis esse simpliciter & absolute extraordinarium, ut
 affirmauit Innoc. in d. e. Cum oporteat, pro quo facit etiam
 quod Iudicium in tres partes principaliter dividitur ut not.
 Bart. in l. 2. ff. de fur. Nam habet principium, medium, &
 finiem, & in principio inquisitionis sine accusatione vera
 proceditur d. cap. Qualiter, quod est contra coricem regu-
 lae l. Rescriptio s. Si quis accusatorem ff. de mune. & honor.
 In se cunda parte, scilicet in medio, restes recipiuntur hinc
 non contestata c. Quoniam s. sunt & alii inf. et lit. non con-
 test. in ultima parte, scilicet in fine, non imponitur poena
 determinata à luce, sed condemnatio alteratur, & arbitrio
 Iudicis poena imponitur c. Inquisitionis infra de accus. licet
 posse dici secundum quid ordinarium, quatenus eis non in-
 terueniat in eo accusator, verus, interuenit tamen factus,
 scilicet in famia vel aliquid ei equipollens ut predictū est,
 quale

quale dixit Innoc. in d. cap. Dilecto de sent. excom.

Secundo infertur iudicium super beneficiis, usuris, matrimoniis, & decimis esse ordinaria, licet in eis procedatur simpliciter & de pleno sine figura & strepitu Iudicij Clem. 2. de Iudic. & ita in multis contra ordinem causarum vel iudiciorum pleniorum Clem. Sæpe de verb. sign. Quia in eis proceditur mediante actione vera nata ex aliquo iusto vel colorato titulo, vel ex lege diuinâ, vel Canonica.

Tertio quod iudicium per viam denunciationis, vel officii iudiciis sine actione vel accusatione contextum, est extraordinarium, quia proceditur sine actione vel accusatione vera 4. quod statutum loquens de iudicio ordinario, non habet locum in iudicio inquisitionis, & aliis prefatis ut tenuit Pan. hic communiter recept.

- Septimum, quod iudicium secundo diuiditur in iudicium
 19 Spirituale, in quo tractatur de rebus spiritualibus c. Exhibita inf. eod. & in Temporale, in quo tractatur de temporalibus c. Venerabilis inf. eod. An autem Iudicium in quo tractatur de iure Patronatus dicatur Spirituale an temporale, An mixtum; videtur pendere ab illa questione: An Ius patrona
 20 tus sit spirituale; temporale, an mixtum? In qua post longam, eandemq; eruditam concertationem Doctorum præsertim Decii & Ripæ, tenui olim communem opinionem, videlicet: Non esse spirituale, sed annexum spirituali: qua in re nunc addo primo; Quod ratio Decii, quæ olim firma visa fuit, nunc non videtur firma: Ratio enim est illa, Quod nullum annexum est id ipsum quod id, cui annexitur, sicut nec simile est idem cum eo, cui assimilatur, iuxta l. Quod Nerua iunct. glos. ff. depos. & c. Capitulum Sanctæ Crucis iunct. glos. de rescrip. & Ius patronatus est annexum spiritualibus, c. Quanto inf. eod. & c. De Iure inf. de Iur. patron.
 21 Ratio autem quare non est firma, est, quod licet nihil sit id ipsum, quod est id cui simile est, in specie, siue in Individuo, potest tamen esse idem in genere: Si quid enim est simile Iohanni, non est idem quod Iohannes in specie, potest tamen esse idem in genere, ut si quod est simile Iohanni, sit alius homo. Virtutes item insuper similes sunt septem donis

Spiri-

Spiritus sancti; & ita non sunt eadem quæ illa in specie & in diuiduo, sunt tamen eadem in genere, quia sunt Spiritualia vt illa. Sic quamvis Ius patronatus sit simile & annexum rei Spirituali, & non sit in specie & indiuiduo idem, quod illa res spirirualis, potest tamen esse idem in genere scilicet Spirituale.

22 Addo secundo quod magna incogitania præfati Doctores & ego disputauimus. An Ius patronatus sit Spirituale nec ne? non præmissa & constituta prius dissinitione rei Spirituali, sicut & eadem incogitania tractauimus omnes, An Iudicium inquisitionis sit ordinarium vel extraordinarium, non præmissa & constituta prius dissinitione, vel quiditate Iudicii ordinarii vel extraordinarii: Quomodo enim quis probare potest aliquid esse vel non esse tale vel tale, nisi præ supposito quale sit illud, & An sit, an non sit homo, nisi præ supposito quid sit homo? & consequenter An sit Spirituale, nisi præsupposito quid sit spirituale?

23 Tertio Qod ideo hoc videtur contigisse, quia, vt nuper dixi in Manual. Confess. latinitate donato cap. 23. num. 99. post Maiorem in 4. dist. 25. q. 1. col. 2. non est facile diffinire quid sit Spirituale, cuius ratio, licet eam ipse non attingat, potest esse; quod cum spirituale siue spiritale dicatur omne quod pertinet ad spiritum; spiritus autem propriè dicitur halitus siue status iuxta illud Job. 17. Spiritus meus at-

24 tenuabitur, & per translationem, nunc anima, Iohan. 19. trapidit spiritum, nunc ventus, act. 1. Tanquam aduenientis spiritus vehementis, nunc omne incorporeum iuxta illud Iohan. 4. spiritus est Deus, nunc omnis inuisibilis substantia, vt ait Thom. 1. par. q. 41. art. 3. ad quartum: Necesse est vt spirituale quoq; multipliciter dicatur..

Quarto Qod in d. Manual. vbi supra ea de re in hæc verba scripsimus Omisso stilo, quo in vulgari hoc in loco usi fui mus, securi Iohan. Andr. Panor. & communem in cap. Consulere de Simon. adiunc. quæ Thom. & communis ait in 4. dist. 25. Spirituale, vt huc pertinet, & communiter accipitur in Iure Pontificio, dissiniri potest esse domum supernaturale à Deo datum ad animarum salutem, vel quid institutum super-

- supernaturaliter ad eam efficiendam, vel ab ecclesia potesta re supernaturali sibi data ad conficiendum illa vel annexa eis. Quæ diffinitio facile colligi potest ex c. Gratia & c. Qui studet i. q. 1. & c. Quam pio i. q. 2. & Duran. dist. 25. q. 1. & ex Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. & 4. Duxi [donum Dei] pro gene re, quia omne spirituale est donum Dei, non contra omne
- 26** donum Dei est spirituale: Nam omnia bona temporalia sunt dona Dei, iuxta illud Apost. 1. ad corint. 4. Quid habes quod non accepisti? & illud princ. Authen. Quomodo opor. episc Maxima dona Dei sunt à superna collata clementia; Sacerdotium & Imperium. Duxi (supernaturale) ad includendum spiritualia per essentiam, & excludendum dona naturalia. Duxi [ad salutem animarum] ad excludendum insignia seu arma, dotes, & victorias Regibus & Principibus aliquot, vel aliis in alium finem, quam salutem animarum supernaturaliter concessa. Duxi [vel aliquid institutum supernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam] ad includendum spirituale per causam, qualia sunt sacramenta, quæ ipse solus instituit, & sola efficiunt instrumenta iter gratiam, ut dictum est supra cap. 22. num. 1. & 2. Duxi [vel ab ecclesia po testate supernaturali sibi data] ad includenda spiritualia statuta, vt loquuntur Ioan. Andr. & Panor. in cap. Consulere de Simon. siue facta & constituta ab Ecclesia, qualia sunt sacramentalia, & eis annexa ab eadem instituta, quibus sacramenta parantur, conficiuntur, & conseruantur. Consecratio & benedictio Ecclesiae vel altaris, vasorum, ornatorum, aquæ baptismalis, vel benedictæ, exorcismus, catechismus, Iuspatronatus, beneficia, collationes, præsentationes, renunciations, & id genus alia hæc ibi.
- 27** Addo quinto ex hac diffinitione inferri primo. Quod aliqua spiritualia sint aliis spiritualibus spiritualiora, illa enim quæ sunt per essentiam talia, vel à solo Deo immediate creata, vel instituta, vt sunt gratia gratum faciens, septem dona Spiritus sancti, & gratiæ, quas gratis datas appellant, & potestas Ecclesiastica supernaturaliter primum à Christo data, vt diximus in cap. Nouit. infra eod. notab. 3.
- 28** Secundo Infertur quod non omne sacrum est spirituale, ve hic

hic accipitur, Bona enim mobilia & immobilia Ecclesiastica, sunt sacra: iuxta S. Thom. recep. 2. 2. q. 99. art. 3. & probatur in cap. Nulla & cap. Prædia 12. q. 2. quæ tamen non sunt spiritualia, quia diffinitio eis non conuenit, nam licet dicentur ad sustentationem spiritualium, vt ait S. Thom. vbi supra, non tamen per benedictionem Sacri constitutiuam, quæ de sola potestate supernaturali & spirituali fluere potest, vt noue resoluimus in cap. Non liceat 12. q. 2. s. 17. à num. 7. Quamuis dedicatio illa satis possit dici spiritualis.

Tertio infertur quod altius & rectius locutus est Antonius, quam Panor. & nos omnes posteri eius qui eum secuti sumus, nempè: Quod Ius patronatus est spirituale origine, Quia per præfamat diffinitionem constat, quod non humana & naturali, sed diuina & supernaturali potestate à Christo Petro, & Ecclesiæ tradita, vt in notab. 3. à num. 81. dicitur, inuentum & creatum est: Et hac ratione irrefragabili confirmatur, quod nec Panor. nec Aret. nec felin. nec Decius nec ulli alii catholicine negare possumus, sacramenta ià instituta ab Ecclesia, potestate illa diuinitus ei à Christo data, esse spiritualia, & nulla ratione alia, sunt talia, quam quia in salutem animarum sunt constituta ab Ecclesia, potestate præfata supernaturali: Cum ergo negare non possimus beneficia ecclesiastica & Ius conferendi ista, & eligendi, ac præsentandi, esse ad illa inuenta & instituta ab ecclesia, eadem potestate supernaturali, qua alia sacramentalia, consequens est nec posse nos inficiari esse spiritualia, sicut illa. Nec quicquam obstat, quod hæc dicantur annexa spiritualibus antecedenter vel dependenter, vt dicit Thom. in d.

30 art. 4. Quia nil repugnat vt vnum & idem sit spirituale & annexum alteri spirituali, sicut nec repugnat vnum & idem esse temporale & annexum alteri temporali, multæ enim Ecclesiæ spirituales sunt annexæ Ecclesiis Cathedralibus, & aliis collegiatis regularibus & secularibus cap. extirpandæ. Qui vero de præb. cap. Super eo eod. tit. lib. 6. & beneficia ecclesiastica secundum omnes sunt iura spiritualia, imo etiam præbenda, quæ saltem est Canonicatui annexa per c.

Dilecto,

Di lecto, de preb. q̄ in hoc reputat sing. Panor. ibid. & feli. in c. Cu m M. de constit. col. 7. & alii alibi. At ipse met Thom. re cepit ab omnibus in d. art. 4. dixit: Beneficia ecclesiastica esse annexa spiritualibus dependenter, sicut ius patronatus, est annexum antecedenter, ergo nihil desinit esse spirituale eo solo, quod sit annexum spirituali, quod supra num. 21. clarius probauimus. Ratio autem quare beneficia Ecclesiastica, monachatus, religiones, & alia sacramentalia dicantur an nexa spiritualibus, illa est, quod sunt inuenta & statuta ab Ecclesia ad paranda conficienda, conseruanda, & exercenda alia illis spiritualiora, qualia quae sint supra dictum est. Cum ergo per superiora constet ius patronatus esse spirituale, licet sit annexum aliis spiritualioribus, consequitur iudicium de illo habendum vel habitum esse spirituale, quae est solutio questionis propositæ.

31. Octauum principale, quod iudicium Tertio diuiditur in criminale & Ciuale, Quæ erudite, & curiose diffinit hic Ripa, discedens tamen multum à communi modo loquendi, à quo non discedendo videtur diffiniri posse, Iudicium criminale esse Iudicium, in quo agitur principaliter de crimine, & principaliter ad utilitatem publicam. Quæ diffinitio satis colligitur ex glos. l. 3. ff. de sepul. uiol. & Bart. Bald. & aliis in eam scriptib⁹, ex panor. & omnibus aliis hic & aliis locis citatis per Dec. & Ripam. Dixi [principaliter] ad excludenda iudicia in quibus incidenter & obiter, tantum agitur de crimine, ut cum agitur de crimine via exceptionis cap. Super hiis de accusat. & cum fiscus petit aliqua bona sibi competentia ratione alicuius criminis, non tamen agendo principaliter de illo puniendo, ut colligitur ex l. 1. ff. de iuri fisci Per quas duas declarationes cessat necessitas recedendi à communi modo loquendi, ut Ripa recedit. Dixi etiam (principaliter ad utilitatem publicam) ad excludenda iudicia, in quibus de crimine agitur quidem principaliter, sed ad utilitatem priuatam, ut cum agitur ciuiliter de furto, ad duplum vel quadruplum parti applicandum. Iudicium autem ciuale est iudicium in quo non agitur de crimen saltem principaliter, vel saltem agitur principaliter ad utilitatem priuatam,

uitam, Ex quibus infertur i. id, quod Anton. à Butrio dixit hic, quod finis Iudicij criminalis, est utilitas publica, si-
nis autem ciuilis utilitas priuata.

Secundo quod glos. l. 3. ff. de sepul. viol. quatenus ha-
bet, quod cum poena etiam pecuniaria applicanda est fisco, iudicium est criminale, cum vero parti, ciuile, est intelligenda de iudicio, in quo agitur principaliter de crimen: Nam si ageretur ad poenam ex contractu partium, vel alia de causa quam criminis principaliter intenti applicandam fis-
co, ut frequenter accidit, non esset Iudicium criminale,
quia non agitur de crimen principaliter.

32 Tertio Quod Iudicium, in quo agitur ad remotionem ab officio publico est criminale, quia agitur de crimen principaliter & principaliter ad utilitatem publicam, & efficaciter probat l. 3. §. Poena ff. de crim. stellion. Nec obstat cap. Per tuas de Simon. quatenus videtur probare, quod cum agitur ad remotionem Abbatis ab administratione, causa est ciuilis, non criminalis, Quia verè id ibi non probatur: Non enim habet simpliciter, ibi non fuisse actum criminaliter, sed cum adiectione, non fuisse actum criminaliter, ita ut deponatur ab ordine, & quod ideo dicitur ibi ciuiliter agi, quia non agebatur ad poenam naturalem & sum-
mam, ad quam poterat agi, ut ibi dicit Panor. ex qua tamen expositione non est inferendum, quod Iudicium desinit esse criminale ex eo solo, quod non agatur in eo ad poenam naturalē, & maximam criminis de quo agitur debitam: Iudicia enim in quibus proceditur per inquisitionem ad castiga-
nda delicta criminalia sunt, in eis ramen regulariter non imponitur poena maxima criminis debita, sed arbitria c.

33 Inquisitionis de accusat. Sed scilicet inferunt, quod aliquan-
do dicitur ciuiliter agi, eo quod non agatur ad maximam poenam criminis debitam, licet propriè criminaliter agatur, quem intellectum, omnium quos plurimos hic reddit Ripa, arbitror esse germanissimum, Nec obstat quod aliqui sen-
tiant contrarium, & quod Decius videtur variare in 1. & 2.
Iest. quoniam magis causa disputandi, & ostendandi acu-
mina ingeniorum, quam solida diffinitione videatur id facere.

- 34 **Quarto** Quod videtur posse dari iudicium mixtum, id est tale, quod sit criminale & Ciuite simul, Illud scilicet, in quo agitur de crimine principaliter tam ad priuatam, quam publicam utilitatem: Exemplum est in l. Lege Cornelia §. fin. quam Decius in hoc citat ff. ad Sillan. de Iudicio, in quo quis agit populari actione aduersus eum, qui aperuisset testa mentum occisi, antequam de familia quæstio haberetur, in quo dimidium pœnæ, quæ est 100. aureorum applicatur parti, & dimidium fisco. Illi enim Iudicio conuenit utraq; definitio, Criminalis quidem, quia agitur de crimine principaliter, & principaliter ad publicam utilitatem, Ciuilis autem, quia licet agatur principaliter de crimine, agitur tam etiam principaliter ad utilitatem priuatam, quod sufficit.
- 35 **Quinto**. Quod nil obstat prefatis l. Caius ff. ad Sillan. quatenus vocat causam pecuniariam illam, in qua pœna applicatur fisco, quia aliud est dicere pecuniariam causam non extingui morte delinquentis, quod ibi probatur, & aliud dicere non esse criminalem, Nam licet regulariter crima extinguantur morte quoad alias pœnas, quoad tamen pœnam bonorum, quæ ob illud ipso Iure confiscantur, non extinguuntur l. Ex iudiciorum ff. de accusat. & glos. l. i. C. ne ex delic. defunc. & ita ibi appellatur causa pecuniaria. Quia ad pœnam pecuniariā agebatur, & quia illa erat applicata fisco, dicetur causa criminalis, & non ciuilis per prædicta.
- Sexto infertur verus intellectus cap. Item cum quis infra de restit. spol. scilicet: Quod non significat criminaliter agi, eo quod de crimine excipiatur, sed quod per exceptionem criminis non repellitur agens de spolio.
- 36 **Septimo** Infertur intellectus verus Auth. Sed hodie C. de Episc. & cler. scilicet. Quod per illa verba, in causa criminali vel pecuniaria, non significatur causam, in qua pecunia applicatur fisco, esse ciuilem, sed potius quod est duplex causa criminalis, Altera, in qua imponitur sola pœna pecuniaria, Altera, in qua etiam pœna corporalis.
- 37 **Octavo** Infertur id quod pulchre de more Decius ait Salic. dicere in l. i. C. de sepul. viol. vers. ex ista glos. Quod glos. & iura abutuntur his vocabulis secundum diuersam consi-

considerationem : Nam poena pecuniaria ; quæ fisco applicatur potest dici civilis habitus respectu ad poenam corporalem , & remotio ab administratione , respectu depositoris ab ordine , ut in d. cap. Per tuas .

Nonum principale , Quod illa conclusio , quam post Pa-
38 nor. & alios latè declarat Decius in 2. leet. scilicet . Quod
Poena legalis est applicanda fisco , intelligenda est in dubio ,
Quia si lex aliud exprimat , illud est seruandum , quia in cer-
tis non est locus coniecturæ l. Continuus §. Cum ita ff. de
verb. oblig. exprimere autem potest lex dupliciter , scilicet :
Expressè , vel tacitè . Expressè quidem , cum habet , cui , quo
modo , & quota pars , an tota sit applicanda : Tacitè verò , si
lex inducit accusationem videtur in dubio poenam applica-
re fisco , & si inducit actionem , vel dicat : Iudicium dabo ,
videtur applicare parti , quia cum accusatio tendat ad utili-
tatem publicam , & actio ad priuatam iuxta glos. recep. in
princ. Instit. de actio. inducendo accusationem , videtur ta-
citè poenam applicare fisco , & inducendo actionem , parti :
Cum item poena apponitur ad resartiendum interesse , vel
damnum partis , vel per verba multiplicativa , quæ respiciunt
acceptū vel damnum datum , puta , ut soluat duplum , triplum
quadruplum &c. videtur velle applicare parti damnum passæ ,
quia ex fine prætenso coniicitur mens prætententis l. fin. ff. de
hæred. inst. & cap. Constat cum glos. 1. q. 1. Dixi (de poe-
na legali) quia poena conuentionalis in dubio applicanda est
parti secundum Bald. in l. si quis maior 17. not. C. de transact.
& merito , Quia contractus principaliter respiciunt contra-
hentes cap. Contractus de reg. iur. lib. 6. l. 1. §. si conuene-
rit & depos. Vnde stilus habet , applicare aliquam partem
poenæ fisco , ut contractus firmitati consulatur , quo casu pars
illa fisco debetur , quamvis iudicium in quo illam petierit .
non erit criminale per dicta supra nu.

Summaria.

Iudicium originaliter significat actum, quo Iudex Ius dicit, & alia figuratae,
num. 39.

Iudicium plus pertinet ad uirtutem iustitie, quam prudenter num. 40.

Iustitia est virtus, & habitus ex actibus ius reddendi, vel reddere volendi frequentatis ingenitus num. 40.

Confessarij quid Iudices, & eos constituentes monere debent num. 40.

Iudices qui dant vel confirmant, quas in eis uirtutes requirant num. 41.

Iudicare non licere heres V aldensium num. 42.

Intellectus illius: Nolite indicare num. 42.

Iudex indicans in mortali, qui mortaliter peccat, & qui uenia litera num. 43.

Iudicium pro actu indicantis quintuplex scientia &c. prima &c. incompatibilia,
§. alijs compatibile num. 43.

Scientia quid num. 43.

Fides siue credulitas quid num. 43.

Opinio siue suspicio quid num. 43.

Dubitatio quid num. 43.

Scrupulus quid num. 43.

Iudicium circa omne genus potest peccari & mereri num. 44.

Iudicium de re a iudicio de persona sic differt num. 44.

Suspicio frequentius de malo, sed frequenter etiam de bono habetur num. 44.

Suspicio leuis, grauis, & uehemens datur num. 45.

Abiurare de leui & uehementi ut differunt num. 45.

Suspicari male de altero sine illa causa, uel gravius, quam ea requirit, peccatum num. 46.

Suspiciantium triplex genus hominum peccare num. 46.

Suspiciosi cur sint senes, num. 46.

Suspicio sola cur peccatum num. 46.

Suspicio non omnis mala, nec omnis mala mortifera num. 47.

Suspicio nulla de malo, qua non firmiter creditur, est mortifera, nisi aliud potabile malum efficiat, & quanta firmitas in id requiratur num. 48.

Credentes ea, quae alijs preindicatione narrant nouas res scribentes, siue Menantes,
& alijs scribentes ad urbem an peccent mortifera num. 49.

Scientia una certior alia num. 50.

Fides siue credulitas una certior alia num. 50.

Suspicio siue opinio una maior, & uehementior alia num. 50.

Fidei siue credulitati inest virtualiter, licet non actualiter aliqua hesitatio.
num. 50.

Iudicem qui ex suspicione condemnat, peccare mortaliter quomodo intelligendum,
quoad interlocutorias presertim capturæ, torturæ &c. num. 51.

In iudicandum ad aliquem re esse malum extra iudicialiter, quid requiratur n. 25.
 Credendum non esse uni, etiam in legali de malo tertij num. 52.
 Fama non creditur etiam semiple ne in criminalibus num. 52.
 Historia Sacre omnino creditur, alijs non nisi &c. num. 52.

HAec tenus de primo, scilicet Epilogo eorum quæ olim de iudicio sumpto pro processu iudiciali scriberamus, Nunc vero facturus secundum. auetarium scilicet promissum de iudicio sumpto pro actu iudicantis, dico, Primum, quod nescio, quare nulli tot in hanc Rubricam scribentium venit in mentem, quod verbum (iudicium) non significat ita propriè & originaliter discussio
 39 nem uel processum iudicialem, pro quo hic, ut supra dixi, sumitur, neque aliquid aliud ex 15. quæ supra n. 14. diximus significare, sed figuratè per translationem, Synedochen, Metonymiam, & alias figuræ, Nam iudicium deducitur à iudice id est, Ius dico, exerceo, vel decerno, & ita propriè & originaliter significat dictionem Iuris. 1. actum iudicis, quatenus est iudex, & dicit siue decernit ius inter litigantes, ut colligitur ex cap. forus de verb. sign. & ex S. Thom. communiter recep. 2. 2. q. 60. art. 1. & ex aliis latinè præcelenter callentibus, hinc est, quod minus impropriè quam quindecim prædicta, videtur significare omnem existimationem & opinionem, siue actum, quo quicquam etiam ab alio quam à iudice diffinitur, vel determinatur, ut in illo Aeneid. 2. iudicium Paridis manet alta mente reposatum, & in illo Cicero. pro Claro orat. Gloriam quam nemo iudicio meo est consecutus.

40 Secundo, quod iudicium, prout est actus iudicis, potius procedit à virtute iustitiae, quam à virtute prudentiae: Nec obstat quod secundum Philosophum in 1. Ethicorum unusquisque bene iudicat, quæ cognoscit, & quod sic iudicium ad vim cognoscitiam pertinere videatur, vis autem cognoscitiva per prudentiam perficitur, quia respondet Thom. ubi supra in hæc verba, quod in omnibus ad rectum iudicium duo requiruntur, quorum unum est ipsa virtus prôferens iudicium, & sic iudicium est actus rationis: Dicere enim vel diffinire aliquid, rationis est: Aliud autem

est dispositio iudicantis, ex qua habet idoneitatem ad recte iudicandum, & sic in hiis quæ pertinent ad iustitiam, iudicium procedit ex iustitia. sicut: & in hiis, quæ ad fortitudinem pertinent, ex fortitudine. Sic ergo iudicium est quidam actus iustitiae, sicut inclinantis ad recte iudicandum, Prudentia autem sicut iudicium proferentis, unde & si nescis ad prudentiam pertinens, dicitur bene iudicativa, ut supra habitum est, hæc ille. Per (supra) intelligit q. 51. art. 5. Quo sit primo, vt Confessarii vehementer debeant exhortari Monarchs & Iura Monarcharum habentes, qui sunt primi iudices, & alios inferiores etiam pedancos, tam Ecclesiasticos, quam seculares, ut assuecant uniuicique suum Ius seruare, & reddere, aut velle reddere cum casus occurreret, cum Thom. à nemine it. hoc reprehenses affirmet iudicium rectum magis inniti virtuti iustitiae, quam virtutis prudentiae, cumque constet, quod iustitia, quia est habitus & veluti consuetudo quædam per frequentiam reddendi, & volet di reddere cuique suum Ius, querantur ut colligitur ex Thom. 1. 2. q. 51. art. 2. adiunct. q. 55. art. 1. si que 2,

41 Quod illi qui nominant, deligunt, confirmant, vel constituant iudices, & magistratus, duas virtutes in primis desiderare debent in illis, nempe: Prudentiam, & iustitiam; & magis hanc, quam illam, iuxta illud consilium Iethro datum Moysi Exod. 18. per illa verba: Prouide viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, in quibus, verbum (sapientes) ad prudentiam; & cetera ad iustitiam & alias virtutes ei contributas, religionem & liberalitatem referuntur, ut latius hoc probat Aucten. ut iud. sine quoque suffr. §. 1. si que 3. Non abs re difficile fuit se mihi aliquando respondere viropio interroganti me: An posset absoluere quendam Dominum, qui constituera iudices viros, quos nouerat avaros, iniquos, & concuiri consuetos, antequam firmo proponeret cum primum posset, revocare illos? An item posset absoluere tales magistratus sine proposito sua munera relinquendi?

Secundum, Quod hæresis Valdensium est, ut latius refert
42 Castr. in lib. contra omnes hæreses verbo (Iudex) dicere,
Non

Non esse licitum aliquem iudicare condemnando saltem ad poenam , fundantes eam in illo Math. 7. Nolite iudicare , & & in illo Pauli ad Rom. 14. Tu quis es qui iudicas seruum alienum ? quibus videntur etiam consentire Lutherani , dicentes non esse puniendos hereticos , & vnumquemque lux conscientiae libertati relinquendum : Quid autem hoc sit heres ex eo pater , quod est contra illam sacram scripturam Deuter. 16. Iudices & magistratus constitues &c. Et quod Actu: 5. Ananiam & Saphiram Petrus morte damnauit , & quod Paulus ad Roman. 13. de potestate sublimiori ait, Dei minister est uindex in iram ei , qui male agit: Nec quicquam obstant eorum fundamenta , Illa enim intelliguntur de eo , qui iudicat sine potestate , uel sine iusta probatione , uel sine iusta lege & ratione , non autem de eo , qui iudicat his tribus interuenientibus , ut colligitur ex Thom. in d. q. 60. art. 2. & ex l. Illicitas §. veritas ff. de offic. Presid. quarens habet : secundum probata esse iudicandum . An autem omnis , qui mortali peccato infectus iudicat , vel condemnat alium , peccet , & an mortaliter questionis quotidiane est , & qui dem Thom. in 4. dist. 19. q. 2. art. 2. tenet partem affirmatiuam , scilicet : Quod peccat etiam mortaliter , sed in 2.2. d. q. 60. art. 2. ad 3. tenet contrarium , eo quod , ut Gaiet. ibi ait , plenius ibi deliberauit , & resoluendum est , quod iudex etiam Ecclesiasticus non peccat saltem mortaliter eo solo , quod infectus mortali iudicat , vel gubernat ea , quae sunt iurisdictionis , peccat autem ministrando ea , quae sunt ordinis , & sacramentalis actionis , per rationes allatas à Gaiet. in d. art. 2. & in 3. part. q. 64. art. 6. Vterque tamen Thomas innuit peccare saltem venialiter infectum mortali , nisi humiliter id secundum inclinationem virtutis iustitiae faciat , quae sunt valde noranda contra eos , qui mortali culpa infecti superbè iracundè , & quasi vindicantes , & dominantes potius quam iura dicentes iudicant.

43 Tertium quod iudicium qua parte significat generaliter omnem existimationem & determinationem , diuiditur 1. in Iuditium scientiae siue evidentiae , fidei siue credulitatis opinionis , & dubitationis , imo & secundum aliquos , in scrupulo-

pulosum, ut colligitur ex iis, quæ diffiniuimus in cap. Si quis autem. 2. de pœnit dist. 7. a num. 9. sic: Scire est veritatem visu perceptam in mente rei nre, glos. mihi sing. in l. 2. §. antepen. ff. de aqua plu. arc. Per visum autem in hoc proposito intelligendus est omnis sensus, quod sentit Bart. alle gando illam glos. in l. 1. col. 2. ff. de interrog. action. ab omnibus receptus: Ego autem intelligo etiam visum interiorem animæ, siue ille fiat per argumentationem scientificam, & demonstratiuam, quæ scire facit l. scire ff. de legi. ut docet Aristo. recep. in libris posteriorum, siue id fiat per notitiam intuituam mente sola sine sensu preceptam, qualem beati de Deo suo habent, qualem damnati de sua poena, qua Iem & anima carcere hoc inclusa de se suisque multis actis, secundum ea quæ omnes tradunt in prologo sententiarum, Credere autem est si miter adhærere alicui iudicio, non eo quod vidit, sed ob aliorum relationem, secundum Bart. ibi dem ab omnibus recep. quod etiam satis sentit glos. in d. §. antepen. Cui tamen definitioni addendum est propter proximè dicta: Neque ideo adhæreret, quod argumentatione demonstratiua, vel mentis intuitu à visu corporeo, & aliis sensibus semotis percepit: Opinati vero est adhærere vni parti contradictionis, non tamen firmiter, sed cum formidine, ne pars altera sit vera, facit glos. prædicta & glos. in l. si duo §. penul. ff. vti possid. Tradit. Bart. in l. Admonendi ff. de iureiur. num. 21. Dubitare uero, est animum applicare ad plura, & nihil inde eligere glos. recep. in l. De statu ff. de testam. & in Rubric. ff. de iuris & facti ign. quæ dubitationem appellavit titubationem. Adde, quod aliud est scrupulus: est enim habere argumentum vel apparentiam aliquam contra id, quod vel scit, vel credit; opinatur, vel dubitat, secundum mentem Cancellarii Parisiensis in tit. de regul. moral. qui est primus secundæ partis operum eius col. 2. & tradit. Adrian. Quolibet 2. fol. 28. pag. 2.

Ex quibus infertur, Scientiam, & fidem, siue credulitatem conuenire in eo, quod vtraq; est certa & firma, sine vlla vacillatione, c. firmiter de sum. Trinit. Differunt tamen, quod scientia est clara, quippè, quæ ex visu, vel alio sensu, vel alio mentis intuitu

intuitu manat, & ita est clara; fides autem obscura, quippe quæ ex auditu est, quod eleganter explicat Paulus 1. ad Corint. 13. cum ait: Videmus nunc per speculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, quasi diceret vir Spiritu Dei plenus: In hoc seculo fidem sine credulitatem habemus, certam quidem notitiam, sed obscuram, tunc autem in alio seculo scientiam habebimus eorum, quæ nunc credimus, quia tunc videbimus, quæ nunc audimus. facit cap. In domo de penit. dist. 4. iunct. glos. 7. quæ citat illud Greg. fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.

Infertur 2. quod credulitas & opinio conueniunt in eo, quod utraque obscura est, at differunt, quia fides, siue credulitas certitudinem habet & firmitatem, opinio vero incertitudinem & infirmitatem, quod docet Bart. in illo nu. 21. & probare videtur textus in l. 3. §. eiusdem ff. de testib. in illis verbis, quid cui credas, aut parum probatum opineris, & noster Pater August. in lib. de mendacio col. 1. docet. Opinio vero & dubitatio conueniunt quidem in vacillatione & infirmitate, differunt autem, quod opinio magis adhaeret uni parti, quam alteri, Dubitatio vero minimè.

Ex quibus infertur 3. hæc quatuor sibi mutuo esse contraria, neque in eodem posse considere subiecto, Scrupulum autem, quia non est iudicium, sed potius apparentia, & argumentum, contra, iudicium, vel pro iudicio concurrere posse cum quolibet eorum quatuor, quod magis apparebit ex his, quæ in septimo dicto infra ponentur.

Infertur & 4. Quod scitur, vel creditur certum esse, quo ad scientem vel credentem, quod vero in opinione sola est, vel dubitatione, incertum, scrupulum autem neque tollere, neque addere certitudinem, vel incertitudinem, sed solum solicitare mentem, quo vel iudicium conceptum exuat, vel nouum induat.

Quartum, Quod circa omne præfatum genus Iudicij, siue scientij, siue fidei, siue credulitatis, siue suspicionis, siue opinionis, siue dubitationis, siue Scrupulositatis, potest inueniri culpa, & meritum: Circa omnè enim tale delibera- tè conceptum potest inueniri ordinatio integra, & aliqua

Inordinatio finis, modi, vel alias circumstantiae in concipiendo, uel non concipiendo illud, & omnis actus deliberatus in specie, & individuo est bonus aut malus, iuxta sententiam S. Thom. 1. 2. q. 18. art. 8. & 9. quem sequimur & defendimus in Manual. Confes. prælud. 7. num. 27. Et consequenter, quicunque aliqua lege iustate tenetur aliquod horum, s. aliquo modo concipere de bono, uel malo, & non concipit eum modo, peccat, & contra: Quicunque teneatur ad non concipiendum saltem aliquo modo aliquod eorum, & concipit eum modo, peccat. Dixi circa omne iudicium inueniri posse peccatum & meritum, & non omne iudicium esse tale, quia Cum peccatum ad voluntatem referatur & iudicium ad intellectum & rationem, nullum iudicium propriè est peccatum, saltem elicitum, sed tantum imperatum certo modo, quem subtiliter declarat Thom. 1. 2. q. 17. præterim art. 1. & 6.

Notandum autem, quod aliud est iudicium de re vel actu per se consideratis, aliud de persona, prout est author eius, secundum utrumque Tho. 2. 2. q. 60. art. 4. ad 2. Nam aliud est credere aliquid esse malum, Aliud credere esse malum cum, qui facit illud, hoc enim dicitur iudicium de persona, illud vero iudicium de re, vel actu, a persona facto, ut uterque Thom. vbi supra distinguit, & quod nullum horum s. conceptum de solo actu ipso, est peccatum saltem mortiferum, nisi cum est de rebus fidei, vel morum necessario credendorum & asserendorum, quia tunc potest esse heresis, vel infidelitas, quæ sunt cum primis magna peccata: Secundum Thom. 2. 2. q. 10. art. 3. & q. 11. art. 1. quia eiusmodi iudicium saltem per se non est contra charitatem Dei neque proximi, ut significauit S. Thom. in d. q. 60. art. 4. & exemplificauit Gaiet. ibid. in eo Qui videt agentem equum, & horam malam illi imprecantem, licet false credat illam imprecationem esse mortalem, non tamen ob id peccabit mortaliter, nisi credat imprecantem peccare mortaliter, Quia iudicando tantum de re nemini nocet, iudicando tamen de persona sic: iudicium item scientiæ communiter non est peccatum, quia sufficientem causam habet sic iudicandi:

¶ Vnde qui uidit aliquem autoritate propria occiden-
tēm, furantem, uel adulterantem iuste iudicat eum malē face-
re, quia uidet eum facere illa, quae sunt mala, & licet ne-
sciat animū malum, tamen iuste potest præsumere illum
in dubio in delictis cap. 1. de præsumpt.

Quintum quod Iudicium suspicionis ut frequentius acci-
pitur de mala; est species opinionis, & potest distiniri esse opi-
45. h̄o; quia quis opinatur aliquid mali citra certitudinem l.
Absentem ff. de pœn. ibi: Ne in dñe debet suspicionibus dam-
nari, & l. fin. ff. de quæst. ibi: nisi aliquid suspicionibus ut
geantur, ut dicit Tullius relat. à Thom. in d. q. 60. art. 3. Di-
xi (ut frequentius accipitur) quia secundum propriam signi-
ficationem includit etiam suspicionem de bono: Tum quia
etiam datur suspicio boni, vel de bono, ut in illo Cxslaris
8. belli Gallici: Cum consilium hostium fugæ causa initum
suspiciatur, & Cic. ad Att. lib. 7. pro opinione tam boni
quam mali uidetur accepisse in illis uerbis: Scribe non mo-
do si quid scieris aut audieris, sed etiam si quid suscipabere,
Tu: n, quod suspicio boni & de bono potest esse peccatum,
sicut suspicio mali & de malo. Peccaret enim qui iudex, col-
lator, præsentator, uel institutor beneficij iudicaret aliquem
dignum beneficio propter suspicionem leuem bonitatis eius ad
effectum illud ei adiudicandi, sicut & qui iudicaret aliquem
indignum eo propter leuem malitiae suspicionem ad effe-
ctum illo cum priuandi arg. cap. 2. de reg. Iur. & l. Merito
ff. pro socio, & cap. quiescamus 42. dist. & toto tit. de Cler.
pereg. quamuis fatear frequentius suspicionem mali esse ma-
lam, quam suspicionem boni, Quia regulariter quis debet
præsumi bonus d. cap. 2. de reg. Iur. & d. l. Merito: Sed quia
non debet quis præsumi regulariter ad munera subeunda
idoneus, frequenter etiam suspicio bona de habilitate alicuius
ad illa, potest esse mala. Non dixi tamen, leuis opinio,
ut dixerunt Cicero & Thomas, sed simpliciter opinio, quia
non solum est peccatum, ut mox dicetur, iudicare ob opini-
onem leuem, sed etiam ob opinionem grauem & vehe-
mentem d. l. Absentem de pœn. d. l. fin. ff. de quæst. & cap.
Literas de præsumpt. quæ tamen non pertingit ad iustum
certi-

certitudinis siue credulitatis metam, variis enim gradus sunt suspicionis, ut mox dicam, & quotidiana Inquisitorum fidei, praxis non iudicat haereticos suspectos leuiter de haeresi, neque suspectos vehementer cap. Literas de praesump. sed cogit illos ad abiurandum de leui; hiis autem ad abiurandum de vehementi, cum tam impari exitu, quod suspectus leuiter de haeresi & abiurans eam, si recidat non habetur pro reglapso, licet aliquanto grauius puniri, debeat, abiurans autem ob vehementem sic, cap. Accusatus in princ. de haeres. lib. 6.

Sextum, Quod non solum est peccatum credere quem-
46 quam esse malum absque sufficienti in id probatione, sed etiam suspicari siue opinari quem esse malum grauius, vel vehementius quam argumenta in id habita exigunt., Quia, quae ratio est de toto ad totum, eadem est de parte ad partem l. Qui de tota ff. de rei vend. cap. pastoralis §. Item cum totum de offic. deleg. Qua ergo ratione peccat qui credit, & damnat ob causam ad solum suspicandum sufficientē, etiam peccabit, qui grauius vel vehementius suspicatur, siue opinatur ob causam, quae ad solum suspicandum leuiter sufficit, & eadem ratione, qui suspicatur etiā leuiter sine villa causa iusta suspicandi: Quo sit (ut recte de more, dictum sit à Thom. vbi sup. art. 3.) tria genera hominum suspicantium peccare. Primum quidem eorum, qui suspicantur de quoquā malum, eo solo quod ipsi mali sunt iuxta illud Eccles. 10. In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, omnes stultos estimat; hī enim sine villa iusta causa suspicandi male suspicantur. Secundum est eorum qui suspicantur malum ex hoc, quod aliquis male afficitur ad alterum: Cum enim aliquis contemnit, vel odit aliquem, aut irascitur, vel inuidet ei, ex leuibus signis opinatur mala de ipso: quia viuisquisque faciliter credit, quod appetit, quoniam etiam isti sine iusta causa suspicantur malum. Tertium autem est eorum, qui ob magnam, quam habent, de aliorum defectibus experientiam, faciliter quam par sit suspicantur malum, quales sunt senes, quos Philosophus dicit in 2. Rhet. quod sunt maxime suspiciosi, Quidam multotiens experti sunt aliorum defe-

defectus: Non enim est iusta causa suspicandi de aliquo malum, eo quod aliquos eiusdem conditionis experti fuerimus malos, cum lege naturali, diuina, & humana teneamur credere esse bonum illū, ad quem iudicandum esse malū, vel habēdum de malo suspectum, iusta probatione caremus: iuxta illud Euang. Luc. 6.: Estote misericordes, expositum in hunc sensum à Beda in reg. 2. de reg. iur. Quamquam gravius peccant priora duo genera hominum, quam hoc tertium, quia hoc eo solo peccat, quod non dicitur iusta probatione, illud vero, quia non solum destituuntur iusta probatione, sed etiam quia peruerso affectu in id adiguntur. Ratio autem germana, quare peccatum est eiusmodi suspiciones sine causa in id sufficiente concipere, tangitur à Thom. in d. art. 3. per illa uerba: ex hoc ipso quod aliquis malam opinionem habet de alio sine causa sufficienti; indebet contemnit ipsum, & ideo iniuriatur ei.

Septimum, Quod noui omnis suspicio est peccatum, nec omnis que est peccatum, est mortifera, Suspicio enim de 47 bonitate alicuius ut plurimum non est peccatum eo solo, quod sine iusta ratione concipiatur, quia per eam non fit iniuria ei, de quo illa concipitur, ob quam suspicio de malitia est peccatum: Dixi (ut plurimum) quia peccatum est, aut certè causa peccati, quoties est causa committendi aliquod munus indigno, eo quod de eius bonitate, & habilitate melior quam par sit opinio habeatur. Suspicio item de malitia non est peccatum, quando ob indicia in id sufficientia concipitur, vnde iustè & sanctè in plurimis causis reculanur nunc iudices, nunc testes, nunc Notarii & alii similes, cap. Quod suspecti 3.q. 5.c. Ad hæc de Rescip. cap. Insinuante, &c. suspicionis de offic. deleg. & mille aliis, ut latè post specul. tit. de recus. tradunt recentiores, & in hiis francus in cap. postremo de appell. & Aufterius in lib. de recusat. testimoniis, & alii alibi. Dixi (in id sufficientia) quia qui concipiit maiorem, quam indicia exigunt peccat, non quidem, quia suspicatur, sed quia plus quam causa suspicandi exigit suspicatur. Dixi etiam (quod non omnis suspicio etiam mala est mortiferè mala) iuxta Thom. qui ubi supra sic ait.

si cait. Est autem triplex gradus suspicionis: Primus quidem gradus est, vt homo ex leuibus indiciis de bonitate alicuius dubitare incipiat, & hoc est veniale & leue peccatum: Pertinet enim ad temptationem humanam sine qua vita ista non dicitur, vt habetur in glos. super illud 1. Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare. Secundus gradus est, cum aliquis pro certo malitiam alterius estimat ex leuibus indiciis & hoc si sit de aliquo graui, est peccatum mortale, in quantum non est sine contemptu proximi, vnde glos. ibid. subdit: si ergo suspicione visitare non possumus, quia homines sumus, Iudicia, 1. diffinitiones, firmasque sententias contine, re debemus. Tertius gradus est, cum aliquis Iudex ex suspi, cione procedit ad aliquem condemnandum, & hoc dire, & ad iniustitiam pertinet, vnde est peccatum mortale, hæc ibi.

Ottauum, Quod præfatis verbis Thom. adiicit ibidem
 48. Caiet. tres declarationes, quarum prima est, Quod sub primo gradu suspicionis, quæ solum est venialis, non solum debent locari suspiciones, per quas dubitare incipit quis de bonitate proximi, vt exprimit Thom. sed etiam illæ, per quas incipit male optinari de illo, & etiam illæ, per quas sic opinatur, & perseverat in opinando, citra tamen iudicium, sive diffinitionem, qua pro certa eius habet malitiam. Secundo, addit aliquid maximi momenti, & satis implicatum, videlicet. Quod qui crederet aliquid graue malum de proximo, ita quod si interrograret semetipsum, An videretur illud sibi verum, responderet affirmatiuè, & si interrogaretur, An ita certum sibi videretur, quia etiam posset esse falsum? responderet, quod foris falsum est, non peccaret moriferè, esto id ita sibi videretur.

Tertio Quod in 3. gradu debent locari solæ suspiciones, per quas Iudices fori externi iudicant aliquid pro malo, quos certum est mortaliter peccare: Harum trium declarationum prima est firma & utilis, firma quidem, quia nisi per illa uerba S. Thomæ, quæ dicit de primo gradu suspicionis, scilicet [incipit dubitare], includatur etiam & suspicans, & opinans, tacuisse videretur omnem suspicio, nem,

Nem, cum dubitatio propriè accepta differat ab opinione, quæ est genus ad illam, per diffinitionem prædictam, cum tamen certum sit Tho. principalius de suspicione, quam dicitur dubitatione propriè dicta agere, ut patet per glos. quam citatur. Ut ilis autem est, quod ex ea colligitur, neminem peccare mortaliter ex eo, quod citra fidem, sive credulitatē opinetur malum de proximo, sine sufficienti probatione, quæ est quotidiana conclusio, limitanda tamē, ne procedat, quando is, qui male suscipiatur vel opinatur, per eam mouetur ad volendum, vel faciendum iniusta notabilia, ut cum iudex per suspicionem, sive opinionem sine sufficientibus indicis conceptam, facit reum torqueri, vel interrogari super crimen, vel ad respondendum iuramento praestito adigit, vel alius, qui non est iudex, ob talē suspicionem male de proximo conceptam abiicit, vel impedit eum ab officio, vel beneficio, vel aliqua alia utili conditione, vel etiam abiicit à domo sua de honestarum, huiusmodi enim sive iudices, sive priuati peccarent mortaliter sic suspicendo, vel saltem volendo agere, vel agendo illa mala, Quia volunt facere, vel faciunt contra 5. preceptū Decalogi Exod. 20. Per quod omnis iniuria personalis prohibetur 23. q. 1. & ead. cau. q. 5. in princ. iuxta declarationem eius in Manual. Confessi. in princ. c. 15. uel contra præcep:um 7. eiusdem Decalogi, per quod omnis illicita damnificatio prohibetur c. Pœnale 14. q. 5. & latius in Manual. in princ. c. 17.

Nonum, Quod scunda declaratio Caiet. est magni momenti, sed dubia, primo quidem, quia uidetur implicare contradictionem, quatenus presupponit, Posse quem credere aliquid, & simul habere hesitationem, & formidem de contrario: Nam qui credit aliquid, propter hoc habet illud, & si quam hesitationem habet, id non credit, sed solum opinatur, ut palam est per diffinitiones credendi & opinandi supra nū. 43. positas. Deinde, quod ex illa sequetur, quod non peccaret mortiferè, qui certo aliquod peccatum graue alterius crederet absq; sufficienti probatione, nisi ad eum fieri iter crederet, ut condemnaret eum. si cause illius iudex esset absque ulteriori probatione: Requirit enim quod ita credat

dat, ut nullus ulli dubitationi sit locus, & qđ quoad ipsum sit quædam diffinitio, & sententia diffinitiva extra tribunal lata, quod videtur falsum, eo quod ex eo inferretur, quod vix vllus vnquā mortiferè peccaret credendo crima proximorū sine probatione legitima, quia raro vllus reperitur, qui tam firma fide aliquod graue crimen credit, vt si interrogaretur. An iuberet occidere, vel deponere, vel alia tam grandi poena plestere illum absq; maiore audientia, quanta esset plectendus, si per processum ritè factum inueniretur id fecisse & responderet affirmatiue.

Tertio, Quod Thomas non videtur requirere tantum certitudinis gradum, ad peccandum mortaliter quantum requirere videtur Caiet. Verba enim eius sunt, quod qui ex leuis bus indiciis malitiam alterius pro certo aestimat in re graui, peccat mortaliter: At non solum dicitur quis certo aestimare aliquid esse verum, qui adeo certo credit, quod sine ulteriori inquisitione condemnaret illum, si esset Iudex, sed etiam qui credit illud absq; formidine alterius partis, per supra dictam diffinitionem fidei, siue credulitatis, & differentiam inter eam, & opinionem.

Quarto, quod Diuus Anton. (quem Angel. & Silu. in suis locis sequuntur) ait in 2. par. tit. 3. cap. 8. §. 1. declarando præfatum secundum gradum Tho. quod qui videt hominem bonæ famæ, vel quem ignorat cuius conditionis si, loquenter cum muliere, quam non cognoscit, in loco honesto, & modo modesto, & firmiter in mente aestimat eos loqui de turpibus, vel intentione prava, vt inducat ad malum, cum hoc agere sit mortale, tale iudicium erit illi peccatum mortale. Similiter si quis videns hominem comedenter pluries, vel hora prima in die, quo est ieunium Ecclesiarum, vt in quadragesima, & cum non cognoscat eum, nec sciat motuum eius ad commedendum, firmiter in animo credit, quod peccet mortaliter, & quod transgrediatur præceptū Ecclesiarum, peccaret ipse iudicans mortaliter, Quia potest habere legitimam causam non ieunandi; Similiter, cum quis ex eo quod aliquis non couuersatur domesticè cum aliquo, vt prius, vel ostendit aliquam iram ad eū, pro certo credat, quod habeat

hodia beatum mortale ad illum, mortaliter peccat; In quibus exemplis, & aliis, quæ postea subiicit, non requirit aliud, quam firmam credulitatem, At talis est quæcunq; fides siue credulitas concepta sine formidine partis contrariæ, Ergo.

Quinto, quod (ut per præfata patet) aliud est scire, aliud credere, aliud opinari, siue suspicari, aliud dubitare, aliud scrupulum habere, & si dixerimus secundum gradum Thomæ restringi ad fidem & credulitatē tantæ certitudinis, quantum requirere videtur Caiet. consequeretur circumspetissimum virum nihil docuisse de iudicio fidei & credulitatis firme generaliter, sed solum de illo, quod est tantæ certitudinis quod habens illud, si esset Iudex sine vteriori inquisitione damnaret illum, & ita per eius doctrinam non posset responderi ad quæstionem illam frequentissimam. An qui ob leuia indicia firmiter credit suum proximum adulteratum, vel furatum esse, vel occidisse, peccet mortaliter? Cuius tamen decisio videtur omnium aliarum in hac materia maximè necessaria: Ad quam secundum Caiet. videretur esse respondendum negatiuè, nisi tan: a firmitate crederet, quod si esset Iudex, absq; inquisitione vteriori eum damnaret: secundum 49 autem illum qui diceret secundum verba Thomæ sufficere, quod certo credat, contrarium dicendum esset. Pro declaratione tamen Caiet. facit, quod nisi illa esset vera, sequeretur peccare mortaliter omnes, qui credunt esse vera noua, quæ de peccatis mortiferis Regum, Principum, & aliorum summatum, & insimatum referuntur per Nouellarios, quos Menantes vocat, & per alios, qui scribunt epistolas, vel alias per se, vel per nuncios referunt tanquā certa audientibus & legendibus, quod etiam consequeretur quamplurimos tam eruditos, pios, & religiosos, & si equenter confitentes habere multa milia peccatorum mortalium nondum confessa. Quotus enim quisq; in Vrbe degens est, qui sic non credat multa malefacta vel maledicta plurimorum, quæ in dies, hebdomadas, & menses scribuntur ad eam, vel referuntur in ea ex tota Italia, Hispania, Gallia, Germania, & Turcia, imò & qui non referat ea frequentissimè, tanquam certa sociis, familiaribus, & amicis, & aliis: Quotus item est qui degens extram vrbem

urbem non credit, vel pro certis non habet multa, quæ sibi ad urbe scribuntur, vel ab aliis sibi scripta ei referuntur, quæque ipse pro certis non referat aliis, præsertim si bis vel ter confirmetur: At quæ tamen credenda & pro certis habenda, non præcessit probatio legitima, qualis non est, nisi quæ publicis Instrumentis, aut testibus iuratis habetur cap. 2. de probat. cum ei angot. Et tamen pauci sunt, quos eiusmodi credulitatum tanquam mortalium peccatorum poeniteat, & pauciores, qui eas confiteantur: Nec quicquam prodest respondere, quod dictum Thomæ intelligatur de his, qui credunt, & pro certo habent aliqua mala auditæ ad effectum castigandi, vel volendi castigare illorum authores, & non de illis, qui credunt, vel habent pro certis ad solum effectū credendi, & discurrendi, & cognoscendi, quæ geruntur in urbe, & orbe, partim ad recreandum animum, partim ad prudentiam sibi querendam, quod pleriq; omnes faciunt, utentes eiusmodi rerum nouarum relationibus, ut aliis historiis non authenticis, in quibus etiam passim legimus multa facta & dicta mortifera, quæ passim absq; aliis instrumentis, & testibus occulatis credimus, non quidem ad castigandum, vel volendum castigare authores eorum, sed ad querendā rerum gestarum notitiam, qua recreamus animos, & nobis prudentiam in tempus oportunum comparemus: Non, inquam, hoc quicquam prodest defensioni dīcti S. Thomæ, Quia ipsomet teste in eodem art. ad 3. vt malitia huiusmodi credulitatis sit mortifera, non requirit effectum castigandi, vel volendi castigare, sed sufficit leuitas credendi sine iusta probatione malum graue proximi, quod solum faciendo, & habendo illum pro ita malo, est grauiter iniurius illi, & fit transgressor 8. precepti, quo prohibetur omnis infamatio malè concepta, vel malè prolata proximi, iuxta declarationem positam in Manual. Confess. c. 18.

Restat itaq; contrarietas inter dictum S. Thom. D. Anton. & sequacium ex vna parte, & inter declarationem Caiet. ex altera, in eo, quod Thomas dicit sufficere; vt quis peccet mortali, taliter, quo credat pro certo aliquod graue malū de proximo ex leuibus inditiis, & Caiet. ait non sufficere solam crudelitatem,

dulitatem, nisi sit tanta, quod interrogatus à se, vel ab alio responderet, quod habet pro indubitate, ita quod putet non esse locum dubitationi. Restat item contrarietas in ipsomet dicto Caietani, quatenus habet quod non sufficit credere, nisi habeat pro indubitate, & quod tunc videtur habere pro indubitate, quando nullam habet hæsitationem, neque formidinem de contrario: Nam omnis, qui verè credit sine hæsitatione, & incertitudine, purat id esse verum, & si hæsit, non credit, sed tantum opinatur, per præfatas diffinitiones fidei & opinionis. E quidem libenter audirem aliquem, qui hunc nodum nunquam non se offerentem endaret, nec video alium soluendi modum, nisi ponendo diuersos gradus fidei, siue credulitatis, & certitudinis, quales dari posse probatur, Tum ex eo, quod etiam dantur diuersi, gradus suspicionis & opinionis, siue præsumptionis, uidelicet leuis, vehemens, maior, minor, ut præfatum est à nu. 45: Tum, quod etiam dantur diuersi gradus scientiæ, Quia firmiter videtur esse scientia, quam intuitu notitia animi, vel ratio syllogistica, Mathematica producit, quam illa, quæ per intuitu notitiam sensus habetur, cum sapè per præstigia sensus decipiatur, ut contigit in magis Pharaonis exod. c. 7. & Actor. 8. de Simone Mago. Tum, quod gradus fidei, siue credulitatis habitus per præsumptiones etiam sufficientes ad damnandum, minor est, quam gradus fidei, siue credulitatis habitus per legitima testimonia dicta, Nam Iudex per præsumptionē de crimine coniustum, credit fecisse illud, ad eū aliqua poena extraordinaria condemnandum, non a sit ad cōdemnandū pena mortis, authore Inn. recep. ab omnibus in c. Quia verisimile de præsum. facit c. Afferte eod. tit. inducendo eo modo, quo in illo c. Quia verisimile, inducebat Innocentius, Nam per illam præsumptionem, de qua in illo c. Afferte, credidit Salomon filium non esse illius mulieris, quæ petebat eum diuidi, esse autem illius, quæ rogabat eum nona diuidi: Crédidit, inquam hoc, ad effectum alteri ex illis adiudicandi filium, non autem ad damnandum mortis illam, quæ suffurata fuit matri filium: Tum, quod per summariam informationem credit Iudex sententiam super matrimonio latam

iniquam fuisse, ad effectum admittendi partem ad agendum non autem ad effectum pro illo pronuntiandi c. Lator q; & quod ibi ait Innoç. de re iudic. Tum, quod interdum fides, siue credulitas, vxoris de aliquo impedimento matrimonii alicuius gradus, sufficie ad arcendum eam à debito exigendo, & non à reddendo, & fides maioris gradus sufficit ad verunq; per illos tex. singulares c. fin. de secl. nups. & c. Inquisitionis de sent. excom: que latè per iusta in hoc propositum apta declaramus in c. Si autem de pœnit. dist. 7 ad te & post nu. i i z. Tum deniq; quod de hō est casus in te. Cum sanctam de pœnit. dist. 2. Per quod presuppositum & probatum possunt hæc antinomiae in hūc modum conciliari, videlicet: Quod non omnis fides neq; credulitas cuiuscunque gradus certitudinis, etiam hæsitatione carens, & excedens omnem latitudinem opinionis, sufficiat ad efficiendā eam mortiferam, sed aliqua certi gradus sic, & ad diffidendum cuius gradus hæc esse debeat, dicamus, quod duplex est fides seu credulitas sine hæsitatione: Altera, quæ neq; actu, siue actualiter, neq; virtute, siue virtualiter habet hæsitationem, ita quod si interrogaretur, an haberet illud malum pro penitus indubitate responderet, quod sic, & hæc sufficit ad eam faciendam mortiferā. Altera, quæ licet non habeat actu siue actualiter, habet tamē virtute siue virtualiter ita quod si interrogaretur, An haberet penitus pro indubitate responderet quod non, & quod forte falsum est, & hæc non sufficit, & de hanc intelligantur declaratio Caetani, & ea quæ pro illo adducta sunt. Dictum verò Thomæ & Diui Antonini, & sequacium, ac ea quæ pro illis adducta sunt, de priori.

Ex quibus infertur primo, quod verbum (firmiter) positum supra in tribus primis exemplis Diui Antonini intelligendum est de similitate, quæ nec actualiter, nec actu, neq; virtute continet hæsitationem & formidinem, tametsi verba eius solam firmitatem requirant.

Secundo infertur, quod desiderari potest maior cautela explicandi in 4. exemplo D. Anton. sub fin. d. 5. posito de monacho, qui uidens al erum monachum comedere hora tertia, suspicatus fuit eum peccare: Non enim debet intelligi

de vera suspicione siue opinione, etiam secundum opinionem S. Thom. neq; de credulitate quacunque secundum Caiet. quem sequimur, sed firma, modo praedicto. Et idem in quinto exemplo de muliere devoutissima, quæ de duobus fratribus, qui eam visitarunt, post eorum abcessum suspicata fuit mala de discursu eorum, eo quod essent iuuenes, Non enim debet intelligi de vera suspicione etiam secundum S. Thom. nec de qualibet credulitate, sed firma praefato modo, secundum Caetanum, quem defendimus.

Decimum, quod circa tertium gradum suspicionū Sancti Thomæ, videlicet: Quod Iudex ex suspicione condemnans aliquem, peccat mortaliter, Quia id directè ad iniustitiam pertinet, & tertiam declarationem Caiet. quod in illo gradu est locanda omnis sententia iudicis condemnatoria, quæ per vim coactuam fit; Insurgit dubium quotidianum, Quia aut loquuntur de sententia, & cōdemnatione diffinitiuā tam cum, vel etiam de interlocutoria: si de diffinitiuā tantum, diminutè loquuntur ommittendo innumerās interlocutorias, quibus iudices malè lubent fapi ob criminia aliquos, & peius, retineri, & interrogari de occultis, & iuramento praestito responderē interrogatis, & pessimè torqueri, & alia id genus iniuriatum pati contra l. fin. c. de exhib. & trans. re. & l. fin. C. de custod. reor. & l. Dē minore §. Tormēnta & l. fin. ff. de quest. Si autē intelligatur de omni condēnatione & sententiā etiā interlocutoria, videntur falsè loqui, Quia frequentissimè iudices iustè coniiciunt in carceres, & detinent in eis reos, imò & torquent propter solas suspiciones, & præsumptiones, & semiplēnas probationes, vt per eadem iura probari: Ad quod tamē dubium responderi potest, eos loqui de omni sententia tam diffinitiuā, quam interlocutoria, & quod mens eorum est dicere, peccare mortaliter omnes iudices, qui circa legitimam probationem diffinitiuē de malo condemnāt, & qui circa sufficientem ad id suspicionem, præsumptionem, vel causam interlocutoriē capi, detineri, interrogari, torqueri, vel id genus alia iniustē in reos prouinciant.

Ex quo infertur primo multos iudices mortiferè peccare

leuiter iubentes capi aliquos citra villam necessitatem, in famiam, & suspicionem legitimam, nunc ob odium, licet veniale, nunc ob vindictam, nunc ob rusticatatem, qua in se vel suos est vsus, nunc ob subitam iram, nunc ob libertatem responsum, nunc ut illis vel illis placeat, sicut Herodes Act. 32. apprehendit Petrum, ut placeret Iudeis, non considerantes, quanta ignominia inurunt captos, præsertim si sunt viri virtute, eruditione, nobilitate, & etiam diuitiis insignes, præsertim per officium Sanctæ Inquisitionis, quos quamlibet honorifice solutos semper aliqua infamia facti comitatur, neq; perpendentes quod ad restitutionem famæ sic læse tenentur, quia qui causam damni dat &c. c. fin. de iniur. le Qui occidit ff. ad leg. Aquil. & latius tradimus in repet. c. Inter verba conclus. 6. coroll. nu. & in Manual. Confess. c. 18. nu. 42.

Secundo è contrario peccare eos, qui prece, vel pretio, amore, vel odio non capiunt, non retinent, non interrogant, aut non torquent habentes inditia in id sufficientia, cū contrariorum eadem sit ratio cap. Sciendum 8. q. 1. l. Et si contra tabulas ff. de vulgar.

Vndecimum, quod questio est frequentissima super omnibus tribus præfatis Thomæ dictis à nemine, quod sciām, satis 32 resoluta, videlicet: Præsupposito quod nō est peccatum, imò aliquando meritum, suspicio, siue opinio levis, vel grauis quæ in primo gradu locatur, quoties probaliter per argumenta in id sufficientia concipitur, neque credulitas firma, quæ in secundo gradu locatur, si per indicia, vel probations in id sufficientia concipiatur, neq; condemnatione iudicis diffinitiva, vel interlocutoria, si per probationes legitimas feratur, ut vterq; Thom. ubi supra diffiniuit. Questio est inquam grauis: Quæ argumenta, indicia, & probationes erunt sufficientia ad excusandum à malitia suspicionem primi gradus, & credulitatem secundi, & condemnationem iudicialem tertii gradus? Cui tamen responderetur primo faciliter, quoad condemnationem iudicialem tertii gradus, scilicet: Quod requiritur plena probatio judicialis, quæ autem sit illa colligitur ex Bald. in l. Admonendi in 1. quest. ff. de iure iuri.

iureiur. & aliis relatis ibi per Ias. & per Decium, in Rubr. de probat. an. 12. ubi nos quoque latius scripsimus, & ita, qui condemnat eum, qui non est plenè, & legaliter convictus, saltem secundum materiam subiectā, peccat mortifere: a g. c. 1. de re iud. lib. 6. sicut & contra, qui absoluit plene conictū. Secūdo. quod difficilior est respōsio quoad suspicioneſ extraiudiciales primi gradus, quia nō est lege diffinitum, & ideo, videtur relinquendū arbitrio boni viri, vel cōfessarii. l. 1. ff. de iur. delib. c. De causis de offic. deleg. Tertio quod Idem eadem ratione videtur dicēdum de credulitate firma ſecundi gradus, suboritur autem quæſtio: Quam probatio nem, vel præſumptionem iudicabit vir bonus, & prudens, & cōfessarius, ſufficientem ad iuste concipiendum talem ſuſpicionem, vel credulitatem firinam? Et certum eſt non requiri ad ſuſpicionem quamlibet grandem, plenam probationem, quia ad minorem effectum minor cauſa ſufficit. c. 2. de fili. præsb. lib. 6. ad iuncto. c. de multa, de præb. At iudicū ſuſpicionis extraiudicialis longè minus eſt iudicio condeſnationis iudicialis, ut palam eſt. Idem eſt dicendum de credulitate firma extraiudicali. Tum, ratione præfata, Tum, quia alioqui ſempre ferè eſſet peccatum mortale, cum rariſſimè concipiatur per plenas probationes, pura duos testes legitimos, & citata parte iuratos, uel per præſumptiones uiolentas legitimè ac iuridicè ptobatas. Raro enim qui ſcribūt ad Vrbem, vel ab Urbe in alias partes iurati, quæ ſcribunt aſſerunt, & ſæpè ſunt ſingulares, & non ſempre omni exceptione maiores: Historiarum item scriptores non ſunt omnes iurati, nec a ſuſpicione alieni, & omni exceptione maiores, & nemo audebit diſſinire peccare mortaliter omnes, qui credunt firmiter malum aliquod factum, vel dictum ab eis ſcriptum, vel prodiſum, Nec prodest respondere, quod ſufficiat relatio, vel epiftola, vel historia alicuius viri fide digni, eo qđ dictum vnius talis iustum credulitatem inducit, iuxta gloss. recep. & quæ ſingularis putatur in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonſt. & vulgaris hominum praxis habet credere epiftolæ alicuius talis viri ad urbem uel ex ea ſcribēris. Adeo quod qui impetrat beneficium alicuius tanquam vacans per

mortem eius, de qua recepit literas a paib' missas, non
dicitur impetrator beneficii uiuentis, neque incident in poe-
nas c. i. de concess. præb. licet id non fuerit uerum, iuxta la-
tè tradita per Gomezium in q. 3. regul. de impet. beneficia
uiuen. Non inquam hoc prodest, quia illa glos. est limitan-
da, ne procedat in hiis, quæ tertio præjudicant, iuxta aliam
glos. memor. in c. si quis præpostera 50. dist. pro qua te xius
aptiss. in c. non solum. i r. q. 3. ibi . Non solum ille reus est,
qui falsum de alio profert, sed etiam is, qui aurem cito crimi-
nibus præbet, & Thom. in 2. 2. q. 70. art. 3. ad 2. sic ait. De
quolibet præsumendum est bonum, nisi appareat contrarium,
dummodo non vergat in periculum alterius, quia tunc adhi-
benda est cautela, ut non de facili vnicuique credatur. Non
satisfacit etiam Secundo dicere, quod fama sufficiet ad ex-
cusandū, Tum, quia fama non probat etiā semiplenē in crimi-
nalibus, qnam uis sic in civilibus: secundū glos. frequentius
recep. in c. si. de appell. Tum, quia fama nec in criminalibus,
nec in civilibus probat nisi legitime fuerit probata, vt nos.
Bart. in I. de minore §. plurimum ff. de qua st. & raro proba-
tur, quia, ut ipsemet ait, oportet, ut duo testes depónant de I
lla, & nō qualiter qualiter, nec simpliciter, qđ est vox, & fama
publica de illa, sed reddit ratione, quod audierint a maiori
parte populi, uel vniuersitatis, ubi fama illa est, quo sit, ut de-
mirer oscitantiam, qua quidam patroni causarum informant
Iudices, probatam esse pro sua intentione famam, eo quod
duo testes suæ partis dixerunt esse famam & publicam vocē
in tali loco, nulla, quæ dictū eorū concludat, adiecta ratione.
Non etiam satisfacit Tertio dicere, quod usus cōmunis ho-
minum habet credere huiusmodi rationibus & scriptis, quia
usus uel consuetudo contra legem naturalem, & diuinam,
nihil ualet, & corruptela qnædam est, c. mala, c. si uita, & c.
Quo iure sub fin. 8. distin. Et credere malum de proximo
sine sufficienti probatione contra legem naturalem, & diuinam
sub octavo præcepto contentam est, ut colligitur ex de-
claratione posita in Manual. Confess. c. 18.

Resoluendo igitur omnia dico P:imo, Quod fides siue
credulitas & suspicio, siue opinio de bonitate morum etiam
peiso-

personæ per se non sunt mala, nisi cum concipiuntur ad conferendum indigno, uel minus digno, quod conferendum est digne, uel digniori, ut dictum est supra n. 45. Dixi (de bonitate morum) quia frequentius possunt esse peccata, dum concipiuntur de bonitate, siue idoneitate scierie, artis, & aliorum, quæ munera obeunda requirunt, ut ibidem dictum est.

Secundo, Quod præfata duo concepta de malitia personæ proximi sunt bona, si concipientur ex causis in id sufficiens, & mala, si concipientur sine ulla causis, uel ad id non sufficiens, cum hac tamen differentia, quod suspicio, siue opinio manens inter latitudinem suspicionis, siue opinionis, hoc est cum formidine & hæsitatione contrarii, non sunt mortifera ut dictum est supra nu. 47. credulitas autem sic, immo de facto est, quories est tantæ firmitatis, quod si habens eam à se, uel ab alio interrogareretur, An haberet personam pro indubitate malam? uerè responderet, quod sic, non autem si responderet quod non, sed quod forte non est uerum, eo quod talis etsi non habeat actualiter hæsitationem, & formidinem contrariae partis, habet tamen virtute, siue virtualiter & tacite illam, per supradicta. nu. 47.

Tertio, Quod ad habendam præfatæ firmitatis credulitatem, non requiritur evidentia, siue scientia, quæ clarius, et regulariter certior est illa, immo est contraria illi, & expellit eam iuxta c. in domo iunc. glos. de pœnitent. dist. 4. Nec sufficit dictum unius viri etiam legalis, præsertim non iurati, uel nō deponentis de usu, ut probatum est supra n. 52. Nō sufficit etiam fama, nec usus communis ita credendi per dicta supra n. 52. Sufficit tamen testimonium historiæ sacræ, quia in illa nihil est falsum c. ego solis distin. 9. Sufficeret etiam Bulla authentica Papæ, uel Cæsaris, & etiam sententia quæ in rem iudicatam transiisset argum. Clement. 1. de prob. & 1. res iudicata pro ueritate habetur. s. de regu. iur. sufficeret etiam instrumentum publicum legitimè confessum, originale, uel exemplum cum solennitate debita ex eo transumptum iuxta cap. 1. 2. & c. cum Iohannes, & c. fin. de fid. instrum. Sufficeret item fama in antiquis, hoc est

quæ ante centum annos contigerunt secundum Innoc. in c. Veniens de verb. signi. quem post alios declarat Dec. in c. x. de appella. n. 18. Sufficeret etiam ut arbitror, testimoniu duorum testimoniū communiter pro idoneis habitorum & iuratorum, argu. c. In omni de testib. c. Cum esses de testam. licet non citata parte id fecerit, quia illud magis pertinet ad solennitatem fori exterioris, quam ad informationem interioris arg. c. In nomine domini de testib.

Quarto. Quid Christianæ prudentiæ est audire, legere, & scribere cautè malefacta, & maledicta, & nunquam concipere suspicione, & credulitates maiores, quam argumenta exi gunt, & nunquam aut certè rarissimè concipere credulitatē tantæ firmiratis, ut personam habeat pro delinquentे indubitatè, ita quod nec actu, nec virtute de illo hæsitet. Quibus multa in duodecimo dicto principali addam.

Summaria..

- Iudices cogentes respondere reos per torturam, uel iuramentum, vel sine illis, abique prouis & sufficientibus in id inditiss graniter peccare. n. 53.
- Prodendi sua mala occulta ab onere, lege naturali, diuina, & humana liber est quilibet. n. 53.
- Lege naturali & diuina tenetur quis regulariter sua scelera cœlare. n. 53.
- Lege naturali, diuina & humana a scandalizando prohibemur. n. 54.
- Lege naturali, diuina & humana a detrahendo prohibemur. n. 54.
- Detrabit quicunque se uel alium inordinate informat, uel est causa ut id fiat. n. 54.
- Consenit qui peccanti peccat. n. 55.
- Detrabit ut audiens detrahentem, sic Index sine infamia inquirens. n. 55.
- Lege naturali & diuina sit cuique facultas se defendendi etiam ciuiliter, & negandi arma contra se. n. 55.
- Accusatore non probante reum absolui debere legis uidetur naturæ. n. 55.
- Crimen quod scit Episcopus, non potest obijcere presbytero, si non potest probare. n. 56.
- Fame conservatio utilior Reipublice, quam punitio criminis secreti. n. 56.
- Tortura quedam est iuramentum, & a neutrō incipiendum. n. 56.
- Consuetudo contra legem naturæ, & consequenter interrogandi sine inditiss, corruptela est. n. 56.

- Argumentatio ad probandum quod reus cogit posse respondere sine inditujs. n. 57.
- Intellectus l. K bicumq; ff. de interrog. act. n. 57.
- Interrogari quare potest reus in notorijs & famosis. n. 58.
- Infamia qualis ad interrogandum reum requiratur. n. 58.
- Indititia qualia ad reum interrogandum requisita. n. 58.
- Indictium facit unus testis deponens de criminis, sed non de indictijs. n. 58.
- Indicia, vel infamia intimanda reo, ut teneatur respondere. n. 59.
- Interrogari vir non debet reus ante infamiam seu indictium duplex ratio. n. 59.
- Obedientia magis Deo, quam homini. n. 59.
- Criminalis dispositio censetur illa, ex qua crimen concluditur. n. 60.
- Positioni non respondens quis censetur eam faceri. n. 60.
- Intellectus triplex c. quidam. 1. q. 1. n. 61.
- Infamans tenetur se infamare, si alias non posset famam restituere. n. 61.
- Interrogatio an debet precedere inquisitionem contra Angelum. n. 61.
- Intellectus s. Debet c. qualiter & quando, 2. de accus. n. 61.
- Interrogari autem non potest quis de alio criminis, eo quod de alio sit infamatus, nec confessus, nisi illud sit indictium alterius. n. 64.
- Indictium de occultis plus uertatur, eo quod sunt occulta peccata, quam quod sint occulti peccatores. n. 61.
- Religiosum contra infamatum vel confessum de uno criminis inquirens praeceptus de alio cuius non est infamatus, grauius peccat. n. 61.
- Regula standum donec probetur exceptio. n. 61.
- Peccator in uno defleat, quod omnium factus est reus, ut intelligendum. n. 63.
- Intellectus s. A Barbaris. l non omnis ff de re milit. n. 64.
- Peccata suos Autores teneant. n. 64.
- Charitate sine uera fulta nil ad uitam eternam prodesse. n. 63.
- Constitutio ecclesie militantis ligat occulte delinquentem, praesertim quoddam censuras. n. 65. & 66. modo non sola membra faciat. n. 67.
- Argumentum a requisito ad inquirendum, ad requisitum, ad torquendum, ut ualeat. n. 65.
- Occultum per se quod est mentale, tantum differt in hoc, ab occulto per accidentem. n. 67.
- Hæreticus mente tantum non est excommunicatus. n. 67.



V. decimum grauius sententia errare iudices, ut iam pridem scripsi in c. inter uerba. 11. q. 3 conclus. 6. corol. 64. qui per torturam, vel iuramentum (quod quedam tortura est) praestitum, immo & absque illis, non probatis coram ipsis prius indiciis in id sufficientibus, interrogant, & compellunt parres ad respondendum super criminibus occultis contra

et erubescant. 3. dist. ibi; Secretorū autem cognitor Deus & iudex est c. Christiana 3.2. q. 5. & c. consulisti 2. q. 4. ibi, occulta & incognita. illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda siliorum hominum, Vnde in specie tenuerunt Aret. in c. qualiter & quando 2. §. debet de accusat. & Card. Alex. in c. de accusationibus col. 37. post medium 3.4.5. Iul. Clar. in prax. criminal. q. 45. vers. Sed pone, adiunc. uers. aduerte tamen Hypol. in lide minore §. tormenta ff. de quest. & in pract. §. constante n. 14. & consil. 8. n. 11. & 12. & consil. 14. n. 15. neminem de suis criminibus sine inditiis huiusmodi preuiis interrogari posse, quod infra scriptis argumentis adeo alias muniuimns, ut etiam si praefati & alii plerique contradicerent, à quo quis tamen Christiano afferendū esset. Quorum primū est, quod lege naturali & diuina sumus omnes liberi, & immunes ab onere prodendi crima nostra secreta in foro exteriori; c. si peccauerit 2. q. 1. iuxta illud Ioh. Chrysost. in c. quis aliquando. §. his authoritatibus de poenit. dist. 1. Non dico tibi ut prodas te, id est peccatum tuum secretum publices secundum gloss. ibi. At privilegium Dei ute pote superioris non potest tolli ab homine uti inferiori, c. inferior 21. dist. ergo nemo potest ab ullo iudice humano cogi ad publicanda sua secretā delicta.

Secundum, quod non solum praefata lege naturali & diuinā sumus liberi ab hoc onere prodendi nos, & publicandi crima nostra secreta, sed etiam grauati onere illa tacendi sub poena peccati arg. praefati elogii S. Iohan. Chrysost. secundum alium intelligendi modum, qui confirmatur per c. quam sit graue gloriarī, cum quis male fecerit, de excess. prælat. & c. non sunt audiendi 11. q. 3. quatenus habet Peccare, qui famam suam negligit, quanto magis, qui dissipat, quod post alios affirmat Diuus Antonin. 3. part. tit. 8. c. 4. §. 1. uers. primo modo, & sentit Caiet. 2. 2. quest. 73. art. 2. dicentes peccare eos, qui seipsoſ infamant, etiamli metu tormentorum id faciant, ita quod etiam tormenta & cruciatus non excusat propalantem ob ea sua crima secreta, Ergo nullus iudex humanus, cum legi naturali & diuinæ subdatur, c. sunt quidam 25. quest. 1. potest iuste iube-

hubere cuiquam, ut se, siue sua peccata prodat.

3 Tertium quod lege naturali & evangelica Matth. 18. &, c. Nihil de prescrip. & c. 2. de oper. nou. nunc. uetamur scandalizare proximum, & cum peccate publice, uel publicare se peccasse sit scandalizare, ut colligitur ex Thom. 2. 2. q. 44. art. 2. & efficaciter probatur in c. presbiteris a plebe & c. si malas, q. 4. consequitur euangelica lege nos detari a publice angelis peccato secreto, & consequenter neminem posse ab aliо homine ad illud cogitum.

4 Quartum, Quod eadem lege naturali & diuina est uetus detrahere, & infamare alium, quia precepta Decalogi sunt leges naturales, & diuinæ secundum Thomam. receper. 1. 2. quæst. 94. artios 2d & 12. 2. quæst. 122. artic. 1. Et detrahere est contra preceptum octauum Decalogi, Nam per illud, ut nos post alijs tradimus in Manuali Confess. c. 18. num. 1. ex mente Sancti Thom. recepti 2. 2. q. 122. art. 5. ad 2. & melius Alex. Halen. an. 3. parte quæst. 1. principaliter prohibetur latio falsi testimonii, & ueritatis calatio, & secundario, omnissimis significatio inordinata ueborum, Signorum & factorum, quæ sit mentiendo, inhonorando, susurrando, deridendo, maledicendo, & detrahendo. Detrahere autem, ut ibidem probamus a r. 18. non solum dicitur, qui falsum crimen imponit, uel est causa imponendi, sed etiam, qui crimen secretum alterius uel proprium citra ordinem juris detegit, uel est causa ut detegatur. Ergo lege naturali & diuina uetantur iudices infamare, uel præstatæ causam infamandi: Cum ergo interrogaretur & cogatur reum ad respondentem de suis criminibus occultis non seruato iuris ordine sit dare proximo causam infamandi, imo cogere illum ad se infamandum, consequitur lege naturali & diuina eos ab hoc faciendo atteri, & consequenter nullatenus posse id iustè facere.

5 Quintū, Quod lex illa naturalis & diuina ad Rōm. 13. Digni sunt morte non solū qui faciunt, sed & qui consentiunt relat. in c. 1. de offic. deleg. & alibi sēp̄le veiat, & cōsciremus, neque procuremus, ut alii peccent, inib⁹neque cōsciremus illis peccantibus: At qui interrogat reum de criminis se.

ne secreto, & cogit eum respondere de illo, non solum consentit peccato, quod ipse facheret infamando se, præsertim si esset persona publica, sed etiam curat, & procurat, ut peccet imo cogit peccare, ergo lege naturæ & diuina debent iudicques ab hoc faciendo abstinere.

ii. Sextum, quod audiens detrahere dicitur detractor, & peccat assentiendo vel non resistendo, ut præfati tradunt, ubi supra. 93. post Bernar. relat. a Thom. 2. 2. q. 73. art. 4. Ergo à fortiori qui Iudex cogit proximum ad peccata sua secreta reuelandum per interrogationes citra iuris ordinem factas, dicetur detrahere, & consequenter legi naturali & diuinæ cōtraire. Vnde in d. c. 18. n. 38. & antea latius in repetitione d. c. inter ueſta. 11. q. 3. conclus. 6. corol. 48. intulimus, qđ peccat, qui Iudex inquirit specialiter, vel per viam inquisitionis specialis procedit contra aliquem, nulla præcedente infamia, quia intēdit lēdere famam illius, aut lēdit, aut dat causam lēsionī inordinatæ, contra iusta, quæ prohibent specialiter procedi per viam inquisitionis contra aliquem iusta infamia non prævia. c. super his, & c. qualiter & quando, 2. de accusat.

Septimum, quod lex naturalis & diuina præbet homini facultatem defendendi se non solum corporaliter, iuxta l. vt vim. ff. de iust. & iuri sed etiam ciuilite: Clem. Pastorali. 5. Ceterum de re iud. & consequenter facit ei libertatem, ne teneatur impugnanti se arma sua, vel de domo sua præstare, quod sentit I.C. in d.l. De mindre. §. tormēta. ff. de queſtio. ibi. Non debet initium probationum de domo rei sumere accusator, & Imperator in l. Nimis graue est C. de testib. ibi. Nimis graue est vt aduersarius urgeri debeat ad exhibitionem eorum, per que ipsi negocium fiat: Ex qua lege, & naturali facultate descendit illa lex, qui accusare volunt, probationes habere debent C. de eden. & illa, Actore non probante absoluitur reus c. fin. §. fin. de iure iur. & illud l. 1. §. Interrogatoriis. ff. de interrog. act. Nemo ante iudicium cogitur de suo iure respōdere, & quod in nulla legum que sunt 23. illius sit. sit illa mentio de interrogatione rei super crimine.

5. Octauū. Quod adeo uetamur lege naturali, & diuina, ne inquiramus iniuriam in domo aliena prouerb. 24. & uel bona fama proximi seruetur, quod etiam Episcopus non potest obiicere suo clero crimen, quod scit eum commisisse, si non potest illud probare, per tex. sing. in c. placuit, & c. si in tantū 6. q. 2. & eruditissimus idemque Pont. Max. Innoc. III. in c. Inquisitionis de accusat. expresse ait, Non posse à Prælato inquiri contra clericum, etiam si duo, uel tres testes de uisu id ei dixerunt, si nulla infamia laboret: Longe enim utilius censet Ecclesia Christiana seruare bonam famam clericorum, qui deliquerit, quam punire delictum, dissipando eius famam. Plus enim nocet exemplum delinquendi, quod ex delicto reuelato per punitionem præbetur, quam condonatio delicti secreti præteriti facta pœnitenti, arg. c. magnæ de voto & c. præcipue 11. q. 3. quod multi iudices parum considerantes, nihil non agunt, quo per fas, uel per nefas crimina uera, uel falsa iuste uel iniuste sciantur, & puniantur, quo sibi famam crudelis questoris acquirant, contra l. respiciendum s. de pœn. ob quorum forte peccata permittit Deus, ut in quibusdam terris eo plura delinquantur, quo plura male puniuntur.

Nonum. Quod ratio naturalis dicit, ne à tortura incipiatur l. 1. ff. de quest. l. militēs C. cod. At iuramentum dicenda ueritate, quod iudex interrogaturus reum subire cogit, est tortura spiritualis, ut probat Panor. in c. per tuas de probat. & Marian. cōsīl. 253. col. 2. par. 2. & adeo quidem quod multi reperiuntur confessi ob reuerentiam iuramenti, quod nō fuerunt ob tormenta confessi, ut tradimus in repet. d. c. inter uerba concl. 6. corol. 64. n. 745. & Thom. recep. 2. 2. q. 33. art. 7. ad 5. ait: Non posse quem cogi ad iuramentum dicendi ueritatem super occulto crimine, Ergo non debet iudex interrogare reum iuramento ei delato, antequam habeat plenam, uel saltem semiplenam de culpa notitiam. Per quæ omnia probatur non solum esse ueram præfam præpositionem, sed usum illi contrarium, sicubi esset merito dicendum, esse corruptelam, ea firma ratione, Quod omnis usus, & consuetudo contraria legi naturæ, uel diuinæ, uel conse-

consequentibus necessario ex illis, est appellanda corrūptela. c. mala c. frustra c. quo iure sub fin. 8. dist. c. fin. de consuet. cum eis late annot. Et per p̄fata constat talem usum esse non solum contra unam, sed contra multas leges naturales & diuinias, uel contra necessario ex illis consequentia.

Decimumtertiū, qđ contra omnia p̄fata faciunt octo articuli, quæ male intellecta aliquos parum p̄fata perpendentes in contraria partem inclinantur, Primū l. ubicunque ff. de interrog. act. quæ habet iudicem ubicunque posse interrogare partes. Secundo, Quod Innoc. receper. tenet in c. dudum in 2. de elect. in glos. mag. & in c. cum super de confess. quod reus tenetur respondere, & confiteri ueritatem iudici super crimine notorio, uel famoso interroganti. Et quod eadem ratio uidetur militare in aliis, Ratio enim quare tenetur respondere in illis est, quia tenetur parere superiori c. 2. de maior. At etiam in occultis Index interrogātus est superior, Ergo. &c. Tertio c. dudum 2. de elect. quā tenus significat quendam fuisse interrogatum, an plura beneficia curata possedisset. Quartum c. cum super de confess. quatenus habet quendam fuisse confessum simoniam admisisse, & eius mediatorē fuisse. Quintum c. ult. 5. ult. de iudicando quatenus significat posse quæ cogi ad iurandum super re petitā. Sextum, c. 2. de confess. lib. si quatenus habet reum iussum à iudice respondere haberī prō confessō, uisit respondit. Septimo, cap. quidam 5. q. 1. quatenus illo Greg. p̄cepit, ut qui famoso libello secreto publicato Castorii famam læsit, proderet se ad ei satisfaciendum. Octauum, Quod Angel. Aret. in tractatu de maleficiis uerbi hæc est quædam inquisitio, uers. 4. principaliter quæro sic dicit: Index debet animaduertere, quod antequam faciat inquisitio nem, interroge reum, super quo intendit inquirere contra eum, alias si primo formaretur inquisitio, & postea interrogaret, non ualeret, ut in cap. qualiter & quando in uer. debet igitur de accusat. quæ tamen argumenta non obstant. Ad primū enim respondetur, Quod d. l. ubicunque ff. de interrog. act. non habet locum in criminalibus, ut dixit ibid. Bald. in 2. lect. allegans in id Innoc. in c. dudum 2. de elect.

Anglo Saxonum qui ad eum repetit in c. cum super de confess. eius
ius presentem secura glos. celeb; & recep. in o. 21 de confess.
ib. tradixit; Non tenet quicquid ad respondentem positione
criminali; nec aliovi ciuiliz ex qua necessario concludetur
crimen; quia communis est sententia.

58 Ad secundum responderetur, concedendo reum teneri
ad respondentem, & confitendum iudicii veritatem in no-
to riis & famosis, ut dicit Innot. in locis praecitatis, negare
dubitare, quod idem teheatur in aliis facere; & quod ea
dem prætatio idem suadeat in illis. Ratio enim quare in notoriis
& famosis tenetur respondere, est, quod interrogando de
illis, interrogat de aliquo modo sibi notis, & secundum ordinem
notoriis, ut elegaret de more ait S. Th. 2. 2. q. 69. art. 2. in hæc
uerba. Nemo tenetur iudicii omnem veritatem confidiri, sed
illam solum, quam ab eo potest & debet requirere. Index se-
cundum ordinem iuris, pura, cum præcessit infamia super aliquo
crimine, vel aliqua expressa indicia apparuerint, vel
etiam cum præcessit probatio semiplena, quod ipsum repetit
in q. 70. art. 1. quam doctrinam commendans Gaier. in d.
q. 69. art. 1. & 2. addit primo hæc uerba. Quod non suf-
ficit qualis qualis infamia, nec frequens vox disolorum, sed
frequens vox talis, ut apud probos & prouidos viros redi-
tatur persona de tali criminis rationabiliter suspecta, hæc ille:
Pro quo est casus in c. qualiter & quando in 2. iunc. glos de
accusar.

Secundo addit hæc: Non sufficiunt indicia qualia qua-
lia, sed tantum perfecta: Indicium enim duplicitate sumi po-
test, Primo communiter, ut frequenti usu, signa indicia uo-
camus, Alio modo proprio, ut iuristæ indicii nomine utun-
tur, & sic sumitur in proposito, & distinguuntur in indicium per-
fectum, & imperfectum, adeo ut multi testes singulares, nisi
aliquis eorum sit omni exceptione maior, non faciant apud
eos unum perfectum indicium, & uolunt ad indicium requiri
duos testes, hæc ille: Pro postremo quorum est doctrina
Barthi communiter recept. in l. fin. ff. de quæstio. n. 7. in hæc
uerba: Illud quod dixi, quod unus testis faciat indicium,
est uerum de uno teste, qui testificatur de maleficio ipso sed
quando

quando non testificatur de maleficio, sed in indicio quodam, dicens: Ipse fuit tali nocte repertus in loco ibi uicino, quando fuit factum furum, istud indicium debet probari per duos testes, nec sufficit probare per unum ut not. in l. fin. C. famil. hercis. facit ad hoc supr. de testib. l. ubi numerus, hæc ille,

59. Tertio addit hæc alia. Author scilicet S. Tho. dicit indicia non qualiacunque, sed manifesta, quod ad tria referri intelligo. Primo ad factum, cuius est indicium, ita quod manifeste indicent tale factum. Secundo ad personam, ita quod manifestetur, quod ipsa perpetrauerit tale facinus: Nam sive præcedens infamia de criminis, intelligitur de crimine huius personæ, ita quod persona sit diffamata de criminis, ita in indiciis oportet, ut indicia personæ criminosaæ appareant. Tertio ad processum, ita quod indicia huiusmodi manifestentur reo, ut sciat se esse in tali articulo constitutum, quod tenetur obedire Iudici præcipienti, & extorquenti ueritatem: hæc ibi: Quarto, addit hæc: Nec indicia, nec infamia præcedens obligant reum ad respondendum, si quid rationabile contra illa obiiciat. Quinto addit in summa ista ratio iuris naturalis & diuini, qua reus nō debet interrogari de occultis, est illa, Quod potestas publica, quæ scientia publica ducitur, non potest duci occulta: Pro quo faciunt omnia iura probantia, quod Iudices, qui utuntur publica potestate, non debent iudicare secundum suam scientiam priuatam, sed secundum publicam, quam allegata & probata inducunt l. illicitas §. ueritas ff. de offic. præsid. & c. iudicet 3.q. 7.c. Pastorialis §. quia uero de offi. deleg. Ergo Iudex non potest interrogare, neque cogere ad respōdendum reum, nisi prævia probatione ad id sufficiente, in acta publica ualide, & rite deduxta, & ita solum præcedente notorietaate, uel saltem infamia legitima, aut indiciis ei æquipollentibus: Quam rationem prius tetigit S. Tho. 2.2.q. 33. art. 7. ad Quintū ibi: Prælatus non est Iudex iudiciorum occultorum, sed solus Deus, Vnde non habet potestatem præcipendi aliquid super occultis, nisi in quantum per aliqua indicia manifestantur, puta per infamiam, uel per aliquas suspiciones, in quibus casibus

casibus potest Prælatus præcipere eodem modo, sicut & Iudex secularis, uel Ecclesiasticus, potest exigere iuramentum de veritate dicenda, hęc ille. Quibus duobus addo, quod potest reddi & alia ratio nō minus firma, nec minus apta, desumpta ex eo quod subditus non tenetur obedire Præcepto superioris hominis, contra priuilegium uel præceptum superioris Dei. c. si dominus, & cap. Julianus. 11. q. 3. & tradit Thom. 2.2. q.33. art. 7. Et priuilegio Dei, ut supra dictum est, liberamur ab onere detegendi delicta nostra, imo & iubemur regere illa, nisi ob aliquam iustum utilitatem. Quę ratio confirmatur eo, quod in simili ait Tho. recep. ab omnibus in d. 2. 2. q.33. art.7. ad 5. ibi: Prælato non est obediendum contra præceptum Domini, secundum illud Act. 5. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus, & ideo quando Prælatus præcipit ut sibi dicatur, quod quis sciuerit corrigendum, intelligendum est præceptum sanè, salvo ordine fraternę correctionis, siue præceptum communiter fiat ad omnes, siue ad aliquem specialiter: Sed si Prælatus expresse præciperet contra hunc ordinem a Domino institutū; & ipse peccaret præcipiens, & ei obediens, quasi contra Domini præceptum agens, unde non esset ei obediendum. hęc ille.

Sexto colligitur ex prefata confirmatione S. Tho. quod Iudex non habet potestatem cogendi reum ad iurandum de veritate dicenda, nisi infimia uel semiplena probatio præcessit, ut præmissum est in nono fundamento nostrę conclusionis. Per quę satisfactum est secundo.

60 Ad tertium argumentum respondent aliqui; Quod tene
re duas Ecclesias curatas non sonat directe crimen, & ideo interrogatus de illo, non censetur interrogari de crimine. Quam ratiō solutionem efficaciter Innoc. confitat in hęc uerba; Quod, sicut non tenetur respondere, An sit criminosus, sic nec illi sponsonibus, per quas peruenitur ad illud. Ex quibus clare colligitur id, quod ait glos. in cap. 2. de confess. lib. 6. quod sicut nemo tenetur respondere positioni criminali; ita nec illi, ex qua inferiur crimen. Quare melius responderet ibidem ipse metuēt Innoc. Quod fuit notorium, uel famosum eas tenuisse cum, qui fuit interrogatus, nos autem

loquimur de criminis occulto, scilicet non notorio, nec famoso, nec semiplene probato per proxime dicta.

Ad quartum responderetur, quod c. cum super de confess. non probat ibi quem fuisse interrogatum, & iussum responderere super Simonia, sed aliud, scilicet: fuisse quem eam confessum, & ita non infertur ex hoc illud, cum a diuensis non fiat illatio. l. Papinianus. ff. de minor.

Ad quintū respondetur, id quod ad primū, nempe c. ult. S. ult. de iure ciui. loqui in ciuiibus, imo & quod loquitur quādo est præsumptio faciens aliquā semiplenam probationē.

Ad sextum; Quod c. 2. de confess. lib. 6. non loquitur de quolibet qui iussus respondere positioni, non respondet, sed qui absque rationabili causa respondere recusat, qualis non est qui recusat, eo quod positio sit criminalis, ut glossa receper. ibid. dicit, & supra late monstratum est.

61 Ad septimum responderet primo glossa; Quod loquitur de occulto criminolo criminis manifesti, contra quam faciunt deducta in responsione ad secundum, ideo respondetur Secundo, Quod Gregor. in d. c. quidam 5. q. 1. non præcepit simpli citer alicui ut reuelaret suum delictum secretum, sed disiunctiuè, ut reuelaret, uel faceret alia, de quibus ibi, ut ait Gaiet. in d. q. 69. art. 1. & 2.

Tertio respōderipotest germanius, ut olim respōdimus in d. c. 2. de cōf. illud c. agere de illo, qui læxit famā alterius, quā non poterat resarcire nisi reuelando, & infamando se, quo casu tenetur se prodere, quia lædens famam alterius, si non potest resarcire illam, nisi infamando seipsum, & testando se malè illum infamasse, tenetur id facere, secundum Scot. in 4. dist. 1 s. q. 4. art. 1. & secundum doctrinam Gaiet. 2. 2. q. 72. art. 6. ad 3. & in paru. opusc. lib. 17. respon. 14. respon. relata per nos in repetitione d. c. inter uerba 11. q. 3. concl. 6. coroll. 70. n. 866. & in Manual. Confes. c. 18. n. 47.

Ad octauum respondeo, Mirari me primum, Quod Angel. vir alioqui doctissimus dixerit illud: Deinde, Quod nec August. nec Hieron. in additionibus eius repugnauerunt illi ibidem.

Tertio, Quod nec Angel. nec ipsi perpenderint, quod §. De-

§. Debet. c: qualiter & quando. 2. de accusat. quem Angel. pro se citat, nihil disponit de interrogatione, sed solum de facienda copia inquisito, capitulorum, de quibus est inquirendum: Verba enim eius hæc sunt: Debet igitur esse praesens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit, & exponenda sunt illi capitula de quibus fuerit inquirēdū: Super quo Panor. ibi recep. querit, An ualeat processus capitalis non traditis? Et respondet valere, si non petatur copia: Et nec ille, nec ullus alius a t quicquam de interrogatione facienda ibi disponi. Quarto miror, quod dicat quod non ualeat processus, si præponat inquisitionem, & postea interroget, cuius contrarium ille. §. docet, dicens: Ante omnia esse dandam inquisitio capitulorum, super quibus contra illum inquirendum est, copiam, Sed de his amplius dicemus infra in uigesimo, dicto n. 79.

Decimumquartum, Quod ex prefatis omnibus infertur falsam esse opinionem, & malam praxim eorum, qui censem interrogari posse quem de crimen, cuius non est infamatus, nec ullis inditiis in id sufficientibus notatus, eo quod sit de alio crimen infamatus, imo & conuictus. Quæ Card. Gaiet. declarando quædam uerba S. Tho. affirmat 2. 2. q. 69. art. 1. in hæc uerba: Nec est uerum id, quod quidam scripsे runt, scilicet: Quod diffamatus de uno crimen, possit inquiri de aliis, quia hoc est manifeste contra Decretalem extra de accusat. c. Inquisitionis, vbi habentur hæc uerba: Inquisitio debet solummodo fieri super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt, & intantum Decretalis illa exigit præcedentem infamiam super aliquo crimen: Quod si duo uel tres iurati affirmant aliquem crimen aliquod eisdem uidentibus commisisse, de quo aliqua non laborat infamia, non est contra eum propter inquirendum, & paulo inferius: Nec ratio quæ illos mouit, scilicet, quia non propter occultationem peccati, sed propter occultationem peccatoris prohibetur homo de occultis iudicare, concludit intentum eorum, quia falso est, quod indicium de occultis sit prohibitum non propter occultationem peccati, imo quia peccatum est occultum, ideo exceptum est ab inquisitione humana, & iudi-

cio humano, quoniam omnia iudicia humana ad publicam potestatem, scientiamq; spectant: Et itox subdit: Copeane ergo suæ, & subditorum suo: um conscientie Prælati illorum religiosorum, qui diffamatio de uno præcipiunt inquirere de aliis, de quibus non tenentur obedire, Nec excusantur Prælati huiusmodi ex eo, quod inquirunt de aliquo, de quo fuit aliqua suspicio aliquando: Oportet enim infamia seu clamorosam insinuationem præcedere, & non simplicem suspicionem, vt dictum est; Et concordat Gaietano Angelus de maleficiis in uerb. fama publica, Hippol. Marth. in l. repeti n. 91. ff. de quest. & hoc Alexan. pro certo præsupponit consil. 52. uol. 3. quod nos quoque asservimus pridē in c. inter uerba. 11. q. 3. concl. 6. & in Manual. Conf. sl. c. 18. n. 41. Et merito quidē, quoniam iura generaliter & absolute ponunt pro regula: Non esse quem interrogandum, neque torquendum ob aliquod crimen, nisi præcedant indicia. l. 1. l. Maritus. l. fin. ff. de quæstio. l. sicut. C. de fals. Ergo standum est illi; Tum, quia nullibi excipitur is casus, & ita standum est regulæ iur. glos. recept. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & in Rubri. eodem tit. lib. 6. Tum, quia a separatis non fit illatio l. Papinianus ff. de minor. Et consequenter, eo quod quis sit infamatus, immo & confessus, & conuidus de uno crimine, non est infamatus de alio: Ergo si de illo interrogatur siue indiciis præcedentibus, male de illo interrogatur.

Secundo quod ratio quarè quis interrogari potest de criminis, cuius est infamatus, vel ut ita dicam, indicatus est, Quia iam illud aliquo modo est Iudiciorum, ut S. Thom. à posteris recep. affirmat ubi supra: At infamatio, uel confessio de vno crimine, non facit aliud separatum ab illo nouum Iudicii, immo tanta probatione opus est ei ad condemnandum illum, ac si non esset infamatus de alio, alioquin enim sequeretur, quod licet ille interrogatus uel tortus, pernegeret illud, condemnandus esset, si superueniret semiplena probatio, puta vnius testis attestatio, coniungendo illam cū probacione resultante ex eo, quod commisit aliud, quod nemo unquam dixit, nec ulla ratione dicere potest.

Tertio

Tertio, Quod ex contrario sequeretur, quod peccans unum peccatum suspectus esset de omni alio peccato mundi, Et quod qui probatur esse fornicatus, censeretur suspectus de crimine læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, peccati nefandi homicidii, blasphemiae, furti, rapinæ &c. Et quod posset de omnibus illis interrogari, & ad torturamponi, quod praefecto nullus I. C. etiam Ethnicus diceret, quanto minus Christianus id facere debet.

Quarto, Quodetiā ex cōtrario sequeretur, quod omnes Christiani possemus iudicare, siue suspicari omnes ferè nostros proximos esse hæreticos, proditores, blasphemos, fures & latrones, eo quod probabiliter credimus omnes fere illos, si iam sunt adulti, aliquod peccatum admississe, iuxta illud Prouerb. 14. septies in die cadit iustus, relat. in c. septies de pœnit. dist. tertia adiunc. glof. quæ illud etiā de peccato mortali certo modo intelligi posse ait adiunc. illo lob. 9. Si simplex fuero, hoc nescit anima mea relat. in c. fin. de purg. Canon. quod neminem puto ausurum concedere, consequeretur item rarissime quenquam præsumendum esse bonum contra l. merito ff. pro soc. & c. 2. de reg. iur. quia rarissimus est, quin probabiliter credi possit aliquo genere peccati peccasse, quin & illa lex Merito probat, quod Dominus rei communis, qui utitur ea in suam propriam utilitatem, licet male faciat, non tamen sit de furto suspectus:

Quare procul dubio tenenda est haec opinio ab omni Iudice
63 præsertim Christiano: Neque obstat, quod aliqui contradicant, & in hiis (quod certe doleo) Card. in consil. 45. & Decius in c. Tertio loco col. fin. de probat. tum quod nulla ratione id probant: Tū, quod non obstat c. defleat de reg. iur. quatenus habet illud Iacobi: Qui peccat in uno, factus est omnium reus, quo quidam recentiores mouentur. Partim, quod irreuerenter significant Iacobum illum fratrem Domini & illi charissimum, tam alienum à charitate & humanitate fuisse, ut uoluerit docere, iudicare nos posse omnium criminum reum, quemcunque uidemus aliquod eorum incidisse, Partim quod nec glossa eius etiam in 3. intellectu tale quicquam dicit. Afferit enim effectu, quod in primo

intellectu dixit, nempe. Amissa charitate per unum peccatum mortale, cætera nihil prodesse ad uitam æternam consequendam c. Nihil de consec. dist. 5. non autem quod iudicare debeamus, uel iuste possimus proximos nostros omnium peccatorum esse reos, eo quod eos sciamus in aliquod incidisse, contra illud March. 7. Nolite iudicare, & non iudicabimini, & illud 1. ad Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, quæ non solum habent locum in iudicio diffinitive condemnandi, sed etiam in iudicio suspicandi per præ-

64 fata nu. 47. Non obstat etiam l. Non omnes. §. à Barbaris ff. de re milit. quatenus haber, Militem restitutum ab hostibus esse præsumendum, non fuisse captum ab eis, si antea erat emansor, segnis, negligens suorum, aut extra contubernia agens: tum quia non loquitur de occulto ipsius facto, sed de manifesto, quamuis modus faciendi fuisse dubius: Tum, quia crimen, ob quod ibi præsumitur modus faciendi factum notum esse malum, est inditium illius mali modi: emā forem enim, uel negligentem suorum quem fuisse, est inditium ad interpretandum in malam partem eius apud hostes mansionem, & ita .§. ille ad summum probat, quod confessus de crimen aliquo, quod est inditium alterius, potest de eo interrogari, quod & uerissimum est. Nam qui confiteretur, uel conuincitur se ingressum alienam domum noctu per te-
ctum, uel fenestram, interrogari potest de furto, quod constat illa nocte in ea factum esse, non quia confessus de uno crimen possit de quolibet alio interrogari, sed quia confessus de uno crimen, quod est præparatorium aliis, potest interrogari de illo, eo quod est inditium ad illud. Non obstat etiam quod Hypol. ubi supra, & Be. ff. in prax. crim. tit. de iudic. n. 137. & relati ab eis, dicunt contrarium posse defendi in crimen furti propter eius frequentiam, & in hominibus malæ uitæ: Tum, quia omni iusta ratione deficit, nisi cum unum furtum esset consequens, uel præparatorium alterius, uel una pars malæ uitæ præparatoria, uel cōsequens alterius partis malæ uitæ, proper præfatum intellectum præfati. §. à barbaris: Tum, quia consequeretur presbiterum cōfessum, uel conuictum de negligentia aliqua in celebrando

com-

commissa, posse interrogari, & torqueri super omnibus fur-
tis in ciuitate perpetratis, & furem confessum, uel cōuictum
de furto, de omnibus blasphemias, sortilegiis, & iniuriis, quæ
frequenter fiunt in illa ciuitate, uel eius territorio, quod pro-
fecto non solum est contra legem humanā, sed etiam natu-
ralem, qua ueratur puniri unus pro alio, & ne pœna legis
suos transgressores egrediatur l. Gracchus C. ad leg. Iul. de
adult. c. quæsiuit de his quæ si. à maior. par. c. ibi : Peccata
suos authores tenere debent, nec pœna est ulterius protrahē-
da, quam delictū fuerit in excedente repertum, & quæ uerat
quærere iniquitatem in domo aliena contra c. 14. Proverb.
Non obstat quorundam iudicium usus : Tum, quia irrationa-
bilis ; ut authores etiam contrariæ partis fatentur, licet
illud non probent, sed probatur ea firma ratione, quod sit
contra leges naturales, & diuinæ supra tactas, uel necessario
eas consequentia, qualē esse corruptelam supra n. 56. pro-
bauimus : Tum, quod originem trahit à iudicibus gloripetis,
& famam bene uel male puniendi omnia delicta omnibus
neruis quærentibus, quo sibi munera committātur crimin-
alia, contra l. Respiciendum. ff. de pœn.

Decimoquinto, Posse uideri cuius à quod & mihi aliquan-
do uisum fuit, Gaietanum in proximo dicto bis fuisse lap-
sum, inducendo c. Inquisitionis de accusat. ad probandam
65 præcedentis dicti conclusionem, eo quod arguit à texture re-
quirente aliquid ad inquirendum, ad requisitionē eiusdem,
ad torquendum, & interrogandum, & quod non aduerterit
ibidem probari contrarium: Nam, ut ipsemet ait, ille tex-
tus probat, quod nec dictum unius testis, nec duorum, nec
trium sufficit ad inquirendum, & tamen constat dictum uni-
us testis integri, & omni exceptione maioris sufficere ad tor-
turam, iuxta prefatam glos. recep. & singul. l. 3. C. ad leg. Iul.
maiest.

Secūdo, Quod expresse ait occulta peccata esse exēpta
ab inquisitione & iudicio humano, quod uidetur cōtra. c. 1.
de offic. ordin. & l. cōgruit. ff. de offic. Præsid. quæ probant
Episcopum & Præsidem posse, & debere inquirere genera-
liter de criminibus sibi occultis, & contra glos. sing. & ce-

leb. Clement. i. §. ueram de hæret. quæ per illum text. & alios plurimos probat quæ constitutio Ecclesiæ militantis, ligat crimen omnino occultum, quo ad pœnas suspensionis & ex cōmunicationis, & quod hæreticus occultus est excommunicatus iuxta glos. 24. q. 1. in summa, & in c. cogitationis de pœnit. dist. 1. quod & ipse met Gaiet. fatetur in 2. 2. q. 11. art. 3. & q. 62. art. 3. Et ita Ecclesia non solum potest inquire de occultis, sed & illa punire, & p̄cipere super illis; Per quod periclitari uidetur tota machina eorum, quæ dicta sunt supra à n. 55. fundata super exemptione occultorum à iudicio humano, iuxta c. erubescant 32. dist. & c. consuluiti 2. q. 4. ibid. citata. Quoad ad primū tamen lapsum responderi potest, negando, quod non bene arguat à requisitio ad inquirendum, ad requisitum, ad torquendum, vel interrogandum. Et ad argumentum primum responderetur, Tum demum sufficere dictum unius testis ad torquendum, cum illud fuerit legitime coram Iudice competenti depositum & intimatum, siue ostensum parti, & ab ea non contradictum, ut expresse ait Innoc. in c. primo de postul. Prælat. n. 5. & tale dictum taliter depositum, & taliter intimatum parti, inducit infamiam, vel certe maiorem esse dictum quam illa, & ita sicut ad inquirendum requiritur infamia, ita ad torquendum, vel interrogandum requiritur illa, vel aliquid æquipollens illi, vel maius illa: Nec præfata Decretalis inquisitionis obstat, quia illa loquitur de dictis testium priuatis & extra judicialibus & nō legitime parte citata depositis, vel non intimatis parti, quæ nec sufficiunt ad inquirendum, nec ad torturam, Per quæ Gaietanus excusatur, & nodus ualde implicitus, & non ab omnibus iudicibus recte intellectus explanatur. Quo ad secundum autem lapsum responderi potest primo idem fere quod ipse dixit dixisse S. Tho. 2. 2. q. 33. arr. 7. ad quintū per verba supra n. 58. recitata. Dixi (fere) quia Gaiet. dicit occulta esse exempta à cognitione, & iudicio humano; S. Thomas autem solum ait, Prælatum non esse Iudicem occultorum, sed solum Deum, & ita non posse super occultis quicquam p̄cipere, pro quo sunt capitula præcitata erubescant 32. dist. & cōsuluiti 2. q. 4. Secundo

65 cundo quod negari non potest Iudicem posse per vias iuridicas peruenire ad eorum cognitionem , quæ à principio sibi fuerunt occulta , ut probant c. primum de offi. ord. & l. congruit ff. de offic. Præfid. nec hoc uolunt negare prefati patres. Tertio quod non potest etiam negari ob occulta petata incurtere quem poenas ab Ecclesia lege ipso iure impositas , præsertim excommunicationis , suspensionis , interdicti , irregularitatis , & similium , quod etiam ipsem Gaiet. late fateretur 2. 2. d. q. 11. art. 3. & 62. art. 3. Quarto quod mens eorum est dicere , quod non potest Iudex humanus , specialiter inquirere ex officio contra aliquem , nec specialiter præcipere aliquid super occulto crimen , nisi prævia infamia , uel Inditiis illi æquipotentibus , licet per uiam accusationis uel denunciationis secuta rebellione possit cognoscere de illo , iuxta c. super his de accusat. & ita debent temperari uerba illa Gaiet. occulta sunt exempta ab inquisitione , & iudicio humano .

76 Quinto quod etiam eorum mens est dicere , quod occultum est duplex , Alterum per se , alterum per accidens : occultum per se est id quod suapte natura non est probabile , qualia sunt omnes interiores hominis actus , quorum solus Deus , qui scrutatur corda , & renes , est cognitor cap. Deus omnipotens 2. quest. 1. & cap. Si quid inuenisti . 14. quest. 5. Alterum est occultum per accidens & eo quod accidat illud tam clam fieri , quod nemo de illo testari possit , & sentient , quod occultum per se non subiacet ulli cognitioni , neque legi humanæ , & ita nullus eius pæna subiicitur l. cogitationis pæna nemo meretur ff. de pæn. trans lata in c. cogitationis de poenit. dist. prima: quo sit , ut hæreticus mente tantum , quamlibet perfectus , & pertinax fuerit , non est ipso iure excommunicatus , nisi uerbo , uel scripto ita illam expresserit , quod suapte natura probari possit , licet per accidens contingat , ut à nemine audiatur uel videatur , ut post & ante alios late Gaiet. in d. q. 11. art. 3. expressit , per quæ excusatur Gaiet. & declaratur Thom. & fundamentum omnium quæ , dicta sunt à n. 53. monstratur firmissimum.

Summaria..

- Judiciorum aliud competens, aliud usurpatum, & quid utrumque. n. 68.
 Jurisdictionis circa usurpationem uarios uarie peccare, & rares pænitere, rariores confiteri, & restituere, & nonnullos censuras Bullæ canæ incurvare. nu. 68.
- Judicium ut usurpans peccat, ita & pars id procurans. nu. 68.
 Iudices laici olim sententias Episcoporum suis preferabant, nunc contra suas solas laudant. n. 69.
- Heresum causa omnino spirituales traxisse ad Praetoria profana, parum profuisse uidetur. n. 69.
- Principibus laicis consulere, ut extorqueant quantam possunt potestatem super spiritualibus, non est tam utile, quam putatur. n. 69.
- Ludouicus Sanctus Rex Francorum potestatem super spiritualibus sibi a Papa pa datam respuit. n. 70.
- Carolus Magnus, & Ludouicus ius eligendi Papam sibi concessum sponte renunciaverunt. n. 70.
- Confessarij consultores, & Palpones Principum in hoc sibi prouideant. n. 70.
- Indiciorum aliud iustum, aliud iniustum, & utriusque definitio. n. 71.
- Aequitas, siue epyceia quid, & An sit circa legem naturalem. n. 71.
- Institia generaliter sumpta est genus, ad institiam strictè pro bono & a quo sumptam. n. 71.
- Aequitas, An duplex, limitans, & extendens cum nouissima quadam consideratione. n. 72.
- Aequitas siue epyceia, An excludat omnes casus, in quibus ratio legis deficit, licet ea in illis absque peccato seruari posse. n. 71.
- Ratio legis, mens, & anima eius. n. 73.
- Milités prohibiti emere prædia ubi militant, possunt emere domos. n. 73.
- Actus agentium non operatur ultra mentem eorum. n. 74.
- Causa finali tota cessante, cessat lex. n. 74.
- Ratio tota legis' atoris est tota causa finalis legis. n. 74.
- Causa probabiliter putata iusta non iejunandi excusat a mortali, etiamsi uerba non sit talis. n. 74.
- Legem implet, qui mentem eius seruat, & infringit, qui ea omissa, uerba illius seruat. n. 75.
- Lex iuxta limites sue rationis etiam coniecit limitanda est. n. 75.
- Virtutis non cuiuslibet actus necessarius. n. 76.
- Fornicationis prohibende tota ratio non cessat bona prolis educatione. num. 76.

Decimum sextum, Quod iudicium propriè sump-tum pro dictione juris, uel determinatione Iudi-cis ut supra n. 39. diximus sumi diuiditur secùdo in iudicium competens & in iudicium usur-patum ; Competens èst, quod fertur ab eo, qui po-testatem ad id faciendum iuridicam habet, ut præsupponunt l. prima & s. sequ. ff. de Iurisd. omn. lud. & toto tit. de for. compet. usurpatum est quod fertur ab eo, cui non est po-testas illud ferrendi, secundnm mentem Thom. 2. 2. q. 60. art. 6. & nostrorum omnium in l. Eum qui & l. fin. & tot. tit. ff. & C. de Iurisd. omn. lud. & c. 2. de const. lib. 6. & C. si à non compet. lud. per totum, in quo non solum peccat Iudex ea subl. mi ratione, quam reddit Thom. in d. art. sexto, sed etiam illa plana, Q uia usurpat illicite officium alienum, & omnis usurpatio illicita est contra .7. præceptum iuxta c. Pœnale 14. q. 5. & nostram eius declarationem in c. 17. Ma-nual. Confess. Q uia in re multos mea ètate grauiter peccare intellexi, alios quidem, qui iurisdictionem ciuilem tantum usque ad certam summam habebant, ad maiorem eam ex-tendere conantes, Alios, qui tantum Ciuilem integrum ha-bebant ei criminalem adiungere cupientes, Alios, qui ali-quam istarū habebant ad certū genus hominū, militum uel laicorum, aut aliorum, & ad certum territorium contractam, ad alia trahentes, Alios vigore literatum conseruatoriarum super causis in eis non contentis procedentes, Alios autem delegatos ad certum genus causarum, puta hæresum, rapinarū, & latrociniorum, de aliis quoque criminibus cognoscen-tes, Q uin & nonnullos vocantes personaliter ad respon-dendum super genere criminum, de quibus est eis cogni-tio, nullo eis tali obiecto, interrogantes super aliis, ne iudicium eorum refugerent, uerentes maiorum criminum obiectiōnem, quorum omnium paucos vidi pænitere, pauciores confiteri, & paucissimos uel nullos restituere sine lite, non solum possessam mala fide tempore ad præscribendum legitimo, sed & nondum possessam di-midio illius temporis, Et non solum peccat Iudex, sed etiam pars, uel aduocatus, qui scienter ad id prouocant aduer-

aduersarium nolentem, uel uolentem, sed consentire non voluntem: argu. l. si quis per errorem, & l. cum quædam puella, & eis annot. ff. de iuris. om. iud. c. inclita. 11. q. 1. & c. si dili genti de for. compet. & quod non solum facientes, sed & cō sentientes. & c. ad Rom. 2. & c. 1. de off. deleg. qua ratione multi tam clerici quam laici uidentur peccare, & aliquando censuras Bullæ Cœnæ Domini incurtere, procurantes aliquando per se, ut Iudices seculares, quibus casibus id eis nō licet, cognoscant de literis Apostolicis, & aliquando per sup positas personas, ita ut probari non possit, quasi putantes se non uideri a Deo, nec cogitationes, technas, & artes suas diuinæ maiestati esse notas contra primum notab. repet. c. no uit, & late illi adiecta, infra codem. Quo fit ut confessarii gra uiter deprehendere debeant tam ecclesiasticos, quam laicos, tam ordinarios, quam delegatos, qui iurisdictionē suam extra suum territorium & potestatem sibi a lege, uel homine li mitatam, ampliare conantur, his peccantes, & quod alienum officium usurpant, & quod territorium, uel potestatem alterius minuunt contra præfatum 7. præceptum.

Quod nostra ætate Iudices laici plus quam ecclesiastici frequentare uidentur, imo & aliquando in pœnas Bullæ Cœnæ Domini incidere, in eas præsertim, quæ ponuntur in ea parte nouissimæ bullæ, quam transcripsimus in Manual. Confess. c. 27. nu. 69. in quo sicut in aliis multis, iure quis mireatur tantam in hoc mūdo perituro rerum uicissitudinem. Cū enim, ut expresse habet c. nouit infr. eod. fortissimi iuxta ac sacerdissimi Imperatores Theodosius, & Carolus Magnus olim statuissent, vt quicunque litem habens siue petitor fuerit, siue reus, siue in initio litis, siue decursis temporum curriculis, siue cum negotium peroratur, siue cum iam cęperit promisentia, si iudicium elegerit sacrosanctę sedis Antistitis, illico sine aliqua dubitatione (etiam si pars alia refragaretur) ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigeretur, hodie contra nihil non agunt aliqui eorum similes, quo causa quamlibet ecclesiasticæ in cognitionem corum veniāt, iacentes sua iudicia, & contemnentes ecclesiastica, magno cumore se solos sapere putantes Adeo quide n, ut in ali juot Regnis

Regni, etiam causas hæresum, quæ omnino spirituales sunt,
& a iurisdictione laica omnino exemptæ, c. ut inquisitionis
§. Prohibemus de hæret. lib. 6. quodam subtili colore læse
maiestatis humanæ ad iudices laicos traxerint, quod ctsi
piissima intentione, & ad efficaciorum illarum extirpationē
factum fuisse certo credamus, malum tamen exitum habuiss-
se ideo suspicamur, quod tanto magis pulularunt in eis hæ-
reses, quod grauius & diligenter fuerunt à laica potestate pu-
nitæ, tam displicere uidetur Deo, ut rerum ordo confunda-
tur, dum unicuique sua iurisdictione non seruatur, c. peruenit
ii. q. i. Quare non possum mihi omnium persuadere tan-
tum, quantum putant prodesse principibus laicis illos qui
consulunt ut quantam maximam possunt potestatem in per-
sonas spirituales, & spiritualia, quacunque arte & importu-
nitate querant, cum foris expediret eis aliqua eius, quam
habent parte leuari, per ea quæ eleganter dicit Remundus
Rufus in libro de Pontifice Maxim. contra Moline. pagi.
479. grauiter carpens Molincum ita scribeniem. Ius
etiam pleno iure conferendi, vel electionem confirmandi,
seu ratam habendi, spectat ad politiam, & externam di-
sciplinam Ecclesiasticam, quæ pars est etiam politiæ Re-
gæ: Carpit enim sic: Non dubium est, quin pro singu-
laribus in Sedem Apostolicam totumque sacrum ordinem
meritis, ius eligendi, confirmandi, dandique sacerdotio
omnia, & quocunque Molineus uoleat, consequi potuis-
set, scilicet Reges Francorum, sed numquam se his rebus
immiscere salutiferum putarunt. Broymardus Diuum Lu-
douicum Regem Francorum, hæc Legato suo Roma te-
uero dixisse scribit. Quod mandata mea diligenter cu-
raueris, rem gratam fecisti, & laudo diligentiam tuam.
Quod uero præter mandata diplomata ista a Pontifice de-
portasti, quibus dandorum Ecclesiis Episcoporum mihi
potestas fit, nec agnosco, nec postulo: intelligo enim
satis quanto cum salutis discrimine, cui tu parum cō-
sulere videris, ego ista susciperem, eaque diplomata in-
ignem coniecit. In quod facit & illud confine huic pro-
posito Caroli Magni & Ludouici, contentum in capit.

Sacro-

Sacrorum. §. ex his constitutionibus 63. distin. quo renunciauerunt iuri eligendi summum Pontificem concessum prefato Carolo in c. Adrianus ead. dist. cui nescio qui Regum nunc facile cederet, si eis idem esset concessum: Nec ista ea mente insinuo, ut non putem multa super spiritualibus Sancte Pontifices summos concessisse & concedere posse Regibus & Principis laicis, neque quod aliquando id Reipub. Christianæ non expeditat, modo id in solum, vel saltem primarium finem pientius prouidendi rei Ecclesiasticæ procuraretur. Sed quia vere or illos non tam in illum finem consulere, quam ut maiorem copiam habeant ad remuneranda sua, & aliorum obsequia temporalia rebus Spiritualibus, ad ampliandam potestatem laicam, minuendamque libertatem Ecclesiasticam, obviandi reverenter Laicæ, quoties ei aliquid contra ea minus cautè consulitur.

71 Decimumseptimum, Quod iudicium prout sumitur pro actu iudicandi tertio diuiditur in iudicium iustum, & iniustum: iustum est quod secundum leges iustas fertur, iniustum autem, quod non secundum leges iustas fertur, Intelligendo per leges tam humanas, & consuetudines praescriptas, quam diuinias, & naturales iuxta c. Consuetudo prima dist. & c. fin. de consuet. & l. 3. C. quæ sit long. cons. & quoad leges quidem naturales, & diuinias, per se patet, quoad leges autem humanas, probatur ea pulchra ratione, quam decerpit Tho. 2. 2. q. 60. art. 5. ex illo August. in c. In istis 4. dist. ibi: In istis temporalibus legibus quamquam homines iudicent, cum eas instituant, tamen cum fuerint institutæ, & firmatae, non licet Iudici de istis iudicare, sed secundum ipsas, quod ipsum eadem ratione dicendum est de consuetudine rationabili, & praescripta, argumento. l. De quibus ff. de legib. & d. c. consuetudo. i. dist.

Dixi (iustas) quia iniustæ non sunt leges, nec consuetudines, sed corruptæ, c. Mala. c. frustra. c. quo iure sub fin. 8. dist. de quibus ait Isaias cap. 10. Væ qui condunt leges iniustas, & scribentes iniustitiam scripserunt. Advertendum tamen, quod qui iudicat secundum mentem legislatoris, & ut ille iudicaret, si ab eo quasitum fuisset, aliter quā uerba legis sonant

sonant, non iudicat iniuste, nec peccat, ut egregie ait Th. in d. art. 5. & ante illum gloss. recep. & reputata sing. in l. Tale pactum §. fin. ff. de paet. in hæc uerba: Id est de iure servandum, licet non sit statutum, quod verisimile est statutum fuisse, si hoc quæsitum fuisset, vt C. de inossi. dona. l. si totas, & inf. de uerb. oblig. l. cum. §. 1. hæc illa. Quod ipsum docet Thom. etiam 2.2. q. 120. art. primo dicens: Id fieri per episcopiam, quæ latinis est æquitas, vt probat l. 1. C. de legib. & l. Placuit C. de iudic. & appellatur etiam bonum, & æquum in l. 1. ff. de iust. & iur. imo bonum æquum, & æquum bonum, ut late docet Budeus ibi post Aristot. lib. 5. Et hic. sub fin. Quæ æquitas diffiniri potest esse iustitia reddens ius contra, vel præter uerba legis: Dixi (iustitia) pro genere, quia accipiendo iustitiam generaliter pro virtute, quæ inclinat ad reddendum ius, vel iustum absolute; est genus ad æquitatem, quia omnis æquitas est iustitia, non contra, omnis iustitia, quæ reddit ius, est æquitas: Illa enim quæ reddit ius secundum uerba legis est iustitia c. iudicet 3. q. 7. & tamen non est æquitas, vt colligitur ex Thom. d. q. 120. art. 1. & probatur per l. primam C. de leg. Dixi (præter vel contra uerba legis) pro differentia, qua differt à iustitia legali stricte sumpta, quæ reddit tantum ius secundum uerba legis. Exemplum de æquitate quæ iuxta c. Ne quis 22. q. 2. dictat, non reddere gladium deponenti, si furens repeatat contra uerba legis iubentis reddere depositum l. 1. & tot. tit. ff. depos. Dixi (legis) sine additione ciuilis, vel naturalis, quia quicquid alii dicant, circa utrunque potest haberi, Quia licet lex ipsa naturalis, id est à natura dictata in se, non ægeat æquitate, ut est lex, tamen uerbis humanis concepta, per uerba generalia, frequenter indiget illa. Ratio enim quare æquitas dirigit circa legem, est, quod uerba legis aliquando includunt aliquos contra sententiam, & mentem Authoris, vt explicat Thom. in d. q. 120. & Budæus post alios in l. 1. ff. de iust. & iur. Attam uerba legis humanæ continētis legem naturalem quam uerba legis Ciuilis, frequenter comprehēdunt plures, quam mens authoris eius, Exempla legis Ciuilis possunt esse ferè omnes regulæ iuriis, quæ præter vnam, de qua in c. li- cert

cer de Regul. omnes patiuntur exceptionem aliquam exempla vero legis naturalis possunt esse multe leges continentes præcepta Decalogi, quæ omnia sunt naturalia, secundum Thom. I. 2. q. 99. art. 2. & in 2. 2. q. 122. quale est præceptum de neminem occidendo, quod per humana uerba generaliter cōceptū contra mentem Authoris, includit homicidiam morte dignum: c. ille gladium portat 23. q. 5. Tale est etiam præceptum de honorando parentes, quos patriam expugnantes licet filiis occidere I. minime ff. de relig. & sump. fiun. Et licet possit dici quod non omnes exceptiones legum ciuilium, & naturalium nitantur bono & æquo, siue æquitate, eo respectu, quod etiam per se reperiantur scriptæ, & statutæ, possunt tamen etiam dici bonum & æquum eo respectu, quod per illas supplentur aliæ leges generales, An 72 aurem æquitas, siue bonum, & æquum duplex sit: Altera limitans, qua excluduntur casus inclusi: Altera extendens qua includuntur casus non inclusi: quæstio pulchra est, cuius partem affirmantem quidam recentiores haud vulgari eruditione satis noue tenent, Pro quibus facit I. Si quis id quod ff. de iurisd. omn. Iud. quatenus habet: Edictum Prætoris imponens pœnam corruptenti illud in albo propositum, supplendum esse per extensionem mentis authoris, licet uerba deficiant, ad corruptentem, cum proponeretur, uel antequam proponeretur. Facit & I. I. §. si mater ff. ad Tertul. quatenus habet: legem quæ matrem priuat a successione filiorum impuberum intestatorum, eo quod non petiit tutores, ex sententia Authoris extendi ad matrem, quæ non petiit curatores eisdē, licet uerba deficiant: Adde quod equior videtur emendatio per extensionem, quam emendatio per restrictionem: Quia, ut colligitur ex I. constitui & 3. seq. ff. de legib. & melius ex Arist. ubi supra, legislator includens plures uerbis, quam mente, ut plurimum prudenter, siue aduertenter id facit, statuit enim prout pluribus conuenit; sciens non posse conuenire omnibus; Includens autem pauciores, imprudenter, & inaduertenter, illud facere videtur, eo quod tunc non occurserunt illa menti: At aquius est succurrere ignoranter, quam scienter deficieni arg. Iurium vulgatum

garium. Contra quæ tamen facit, quod Aristot. in dicto lib. 5. Ethic. solum ponit Epiceiā, ad dirigendam legem deficientem propter uniuersale, & nil meminit de deficiente propter particulare: Nec Thomas in Comment. eius, neque in d. quæst. 120. nec alibi id uidetur meminisse, quem tamen cum primis fuisse Aristotelis studiosum nemo ignorat. Gaietanus item vir maximè Aristotelicus diffiniens æquitatem ait, quod est directio legis, ubi deficit propter uniuersale; & subdit quod causa, ut æquitas habeat locum, non est quæcunque, sed sola illa, quod propter vniuersale deficit, & uidetur nouissimum, dicere esse locum æquitati, quando propter nimium particulare deficit: Nec obstat quod leges & Doctores multi frequentissimè extendunt legem particularem de uno casu ad alium similem, iuxta l. non possunt. ff. de leg. Quia nulla est lex, quæ dicat illam extensionem fieri ex æquitate, siue Epiceiā, sed ex rationis identitate. Non obstat etiam d. l. si quis id quod, quia dici potest, quod illa suppletio non sit per Epiceiā, siue æquitatem, sed ex rationis identitate iuxta glos. sing. & ei auctor. per Domin. Et Franc. in cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. similique modo responderi potest ad predictum. §. Si mater, & aptius quidem, quia lex ipsa expressè habet eam extensionem fieri per eandem rationem, & Aristot. 1. Rethor. c. 12. qui ad hoc allegatur, non ponit Epiceiā per extensionem, licet afferat legislatorem interdum uolentem, interdum inuitum deficere, quorum utrumque potest contingere deficienti per uniuersale, ut palam est. Quarè argumenta, quæ prefatus vir doctissimus contra communem adducit, cuius posse uidetur: Sed ultra ea urget, Primo quod subtiliter & no uissimè dici possit, quod utraque emendatio fiat propter vniuersale: Altera quidem, quæ excludit inclusum in sensu directo uerborum: Altera uero, quæ includit exclusa in sensu contrario uerborum, quia legislator ferens aliquam legem, unum uidetur statuere directè, & contrarium indirectè, a contrario sensu, ob quod dicitur argumentum à contrario sensu in iure fortissimum. l. 1. §. qui mandatam ff. de off. eius cui mand. est iurisd. & c. Apostolica de his

que s. & prælat. sine cons. cap. ut in d.l. si quis id quod, Prætor ponens certam poenam corruptenti Edictū in albo propositū, uidetur a cōtrario sēsu statuisse, ne illa imponatur aliis & ita emendatio illa per extensionem, quod imponatur corruptenti, cum proponeretur, uel antequam proponatur, potest dici emendatio legis peccantis per uniuersale, & lex priuans mātrem à successionē filiorum, si non petat tutores filiis impuberibus, per contrarium sensum statuere uidetur, ne priuetur mater eo quod non petat aliud, & emendatio, quod etiam non petens curatores cisdem priuetur, potest respicere defectum per uniuersale.

Secundo magis urget cap. cum delicta de confir. util. qđ commendat ibi Panor. & menti tenendum esse dixit in cap. cum in iure de elect. & singulare Andr. Sicut in cap. iurauit, col. 18. de probat. & melius de iure secundum eundem in cap. fin. col. 9. de offic. deleg. & Anton. Corset. in sing. uerb. exclusio, quod probat legē, qua statuitur quod testes, de quorum morte timetur, possint accipi lite non cōtestata iuxta .§. quoniam multæ & .§. Hoc uero Authen. de testib. col. 7. relatum in cap. quoniam frequenter in princip. ut lit. non contest. extendi ad renouationem priuilegiorum nimia uetustate cōsumptorum, idque fieri eiusdem æquitas similitudine, & ita per epuiceiam, cum epuiceia, & æquitas sint idem, ut præfatum est.

Tertio, quod illudmet cap. & alia citata ibi per Decium probant casum exceptum à regula extendi ad alium similem per æquitatem, siue epuiceiam, & palam est, per illam extensionem non emendari legem deficientem per uniuersale, sed deficientem per particulare, ergo epuiceia, siue æquitas inuenitur in emendatione legis deficientis per particulare, sicut in emendatione legis deficientis per uniuersale.

Quarto denique facit & illa neruosa ratio, quod ubi eadem est ratio, idem ius censeri debet. l. iljud. ff. ad leg. Aquil. cum concord. At emendatio legis per limitatiouem, & emendatio legis per extensionem eadem ratione, scilicet mente Authoris nituntur, ergo eodem iure est utraque ceasenda.

Decimum octauū. Quod sicut proximè præcedentia sunt subtilia, ita insignis & utilis questio est, An æquitas, siue bonū excludat a lege generaliter statuente omnes casus, in quibus deficit ratio legis? Ad quam respondet Gaiet. in d. q. 120 quod non, quem sequitur Sotus in libro de iust. & iur. nisi quando nō potest seruari illa absque alio peccato Primo qui dem, quod Thom. in 3. sent. dist. 37. q. 1. art. 4 uidetur ita sentire. Secundo quod æquitas est uirtus, & consequenter actus eius est necessarius. At non est necessarium discedere à lege, nisi quando peccaretur non discedendo, Ergo æquitas non subtrahit à lege, nisi ea quæ non possent recte fieri seruando legem, Tertio quod alioqui sequeretur posse dari aliquam fornicationem licitam, eo quod ratio prohibendi eam, est prolis educatio, quæ ab aliquibus diuitibus fornicatiis & que bene, imo & melius fieri posset, quam ab aliquibus coniugatis pauperibus, quod tamen est falsum post Thom. in 3. contra Gentiles c. 122. Contra quos tamen facit, quod ratio legis est anima legis, secundum Dyn. in c. fin. de reg. iur. lib. 6. cui tribuunt hoc Bald. in l. si quis seruo C. defuit. & alii, quos refert & sequitur felin. in cap. Tua num: 3. de iure iur. licet ille solum dicat quod est mens, sed mens & anima eadē res diuerso nomine dicta est, vt ex Ihidoro diximus in prælud. 3. num. 2. Manual. Confess. Pro quo ultra pér cum citata facit cap. Marchion. 1. quest. ibi Euāngelium non est in verborum foliis, sed in radice rationis, At anima animalis deficiente, deficit animal, ergo ratione legis deficiente, deficit lex.

Secundo facit J. Adigerc. §. Quamuis ff. de iur. patron. quatenus probat: Quod lex imponens pœnā patrono ad genti libertum ad intrandum quod non tollit filios, non includit patronum ad gentem castratum tali iuramento, iqua cessat in eo ratio legis scilicet, ne impeditur multiplicatio hominum, quæ est utilis Reipub. At patronus potest seruare legem illam in castrato sine aliquo peccato, & malo, ergo casus in quod deficit ratio legis eximitur à lege, etiam si absque aliquo peccato, & malo possit in codex seruari.

Tertio facit J. Milites 1. ff. de re milit. adiunc. J. Milites

2. in princ. eiusd. tit. Lex enim milites 1. habet, prohiberi milibus ne compararent prædia in Prouincia, in qua militant & l. milites 2. habet posse illos comparare dñmos, quia ratio prohibendi ne compararent prædia est, ne agrotum colendorum cum eos distrahat à curanda militia, quæ cessat in comparanda domo, At sine ullo peccato potest seruari lex illa de non emendis prædiis, non emendo do-
mum, Ergo &c.

74 Quarto, Quod actus agentium non operantur ultra intentionem & mentem eorum l. non omnis ff. si cer. per cap. fin. de præb; & cap. Cum in illis, primo codem titulo libr. 6. At mens & uoluntas legislatoris non est comprehendere illa in quæ non extenditur ratio, quæ mouit eum principaliter ad legem faciendum, Ergo etiam lex non extenditur ad illa, etiamsi sine peccato in illis lex illa seruari possit.

Quinto, Quod causa faliem finali cessante, cessat effectus cap. Cūm cessante de appellat. cum citatis à glos. & omnibus ibi : At ratio legis uidetur causa finalis, cur eam facit legislator, Ergo intentio eius non est comprehendere easum, in quo illa cessat, etiamsi absque peccato in eo seruari possit. facit & l. fin. ff. de hæred. instit. quatenus habet, eam quam testator instituerat hæredem, successuram ei; qui mutato testamento instituit alium, ea ratione, quod crediderat eam esse mortuam, cum non esset, quia ratio mutationis cessauit, Et tamen mutatio poterat fieri, & seruari absque peccato, Quia instituta erat extranea.

Sexto facit cap. Quoniam contra de probat. quatenus probat, legem faciam principaliter ad aliquem finem, illo cessante non ligare, quod ibi Panormitanus in ultim. not. cum posteris omnibus ponderauit, adducendo illud Archidiaconi in c. utinam 76. dist. scilicet. Non peccare illū qui non seruat iejunium ab ecclesia indictū, si ratio indictmentis in eo cesseret, sed & Thom. 2.2. quest. 147. art. 3. affirmat eum, qui habet causam indubitatam non iejunandi, excusa-
ri à iejunando sine ulla dispensatione, ubi etiā ipsem Gaiet.

fate-

fatetur excusari à mortali peccato eum, qui putans bona fide habere se rationabilē causam non iejunandi, non iejunat, etiamsi vere non esset causa sufficiens: At qui videt clare cessare rationem legis in casu sibi occurrente, rationabilem habet causam credendi, eum in illo ab ea non ligari. Vnde & Decius in d.c. Quoniam posteaquam aliqua opponit contra determinationem Panor. resoluti eius dictum habere locum in foro cōscientiæ, & quando ratio legis exprimitur in 75 ipsa; Sed rogo eum, Quare sit verum in foro conscientiæ, & non in exteriori, cum eius determinatio in hoc casu non fundetur super præsumptione, sed super veritate præsupposita, quo casu idem est iudicandum in utroque foro iuxta notata in c. Is qui & in c. Tua desponsal. ? Rogo item eum; Quare non habebit locum, quando vniqa ratione non expressa nititur lex, cum illa habeatur pro expressa, iuxta glos. sing. & recep. in l. quamuis C. de fidei commiss. ? Rogo item eum, & omnes alios, Cur non habeat locum, quando essent plures rationes legis, & constaret de omnium illarum cessatione, quod questio nostra præsupponit? Quare certo credo legem non ligare subditum in foro conscientiæ, eo casu, quo constaret illi omnem rationem legis illius cessare, neque in foro exteriori, si in eo foro idem constaret, quod multi alii quos felin. in d. c. Tua citat, sentiunt, & præfatus Dyn. in d. reg. ult. ait: Adimplere legem eū, qui adimpleret eam secundum sententiam eius, licet nō adimpleat secundū verba, sicut & contra infringit illam, qui infringit secundū sententiam licet nō infringat secundū verba; Quin & Panor. in c. suggestum de appell. concludit per illum textū & c. meminimus eod. tit. Quod ubique ius aliquid statuit, causam nō exprimens, si possumus conjecturare rationē naturalē illius dispositionis, debemus ad limites illius rationis seu causæ dispositionē generalē restringere, & illā dispositionem seruare, vt ratio naturalis interpretata militet, in quod ipsum citat tex. opt. in l. Scire oportet .§. sufficit ff. de excussat. tut. & in c. Secundo requiris in fin. de appell. & potuisset citare textum vulgatum, sed ad præpositum aptissimum in l. Cum patet .§. Dulcissimis ff. de lega. 2. quatenus

probat Legatū generale bonorum , quæ habebat testatrix in Syria , & Pamphilia , factum fratibus , ne filius hæres institutus quæstionem haberet cum eis , restringendum esse ad illa tantum bona , quæ haberet tempore mortis communia cum eis , & non ad alia , quæ habebat iam diuisa , etiam si ante sue ant communia , eo quod ratio legandi , cessabat in eis , licet verba illius legati includerent omnia bona Pamphiliae & Syriae , & sine peccato poterant legari etiam bona diuisa , & legati executio in eis fieri .

Non obstant fundamenta Gaietani . Ad primum enim responderi potest , Quod Thom. in loco in argumento citato 76 non dicit expresse contrarium , immo quatenus ait , præceptum non extendi ad id quod à fine legis deuiat , concordat nostræ sententiæ , quæ habet casum in quo tota legis ratio deficit , deuiate à legis fine , Quia illam metimur per ipsam totam rationem , quæ principaliter cum mouit ad legem ferendam . Concordat item in d. 2.2. q. 147. art. 3. quatenus ait : Excludi à lege ieunii eum , qui manifestam causam habet non ieunandi , licet eius uerbis includatur .

Ad Secundum respondeo , negando illam consequentiam Aequitas est uirtus , ergo eius actus est necessarius : Nam uirginitas est virtus secundum Thom. 2.2. q. 152. art. 3. Et tamen eius actus non est necessarius , sed voluntarius c. integritas 32. q. 1.

Ad Tertium negatur sequela , quia ratio prohibendæ fornicationis , non solum est uitatio educationis praux proliis , sed etiam abusus corporis , & seminis , iuxta iltud Apost. 1. ad Thess. 4. Abstinēatis vos à fornicatione , ut sciat unusquisque uestrum vas suum possidere in sanctificatione , & honore , non in passione desiderij .

Ad alia omnia quæ possunt contra hoc adduci , responderi potest , quod loquuntur in casibus , in quibus solum deficit pars rationis , & non tota , vel tota ratio impulsiva , sed non finalis , vel appetit alicunde mentem legislatoris fuisse ampliorem ratione , quæ ad id mouit , quamvis talis ratio impulsiva esset , & non finalis : Per ea quæ adduximus in c. Cum minister 23. q. 5. à nu. 37.

Summaria.

Iudicium inordinatum esse iniustum, licet alias esset aequum n. 77.

Iudices quirentes specialiter contra aliquem absque prehia infamia, uel alio
in ei et equipollenti, grauiter peccare num. 77.

Infamie causam praebens infamare censetur, & peccat num. 77.

Præcepta Decalogi etiam Monarchs ligant. num. 78.

Iudicia extra iudicitalia non sufficiunt ad inquirendum. num. 78.

Inquisitionis a uera doctrina multos in Theoria, & praxi aberrare n. 79.

Inquisitio regulariter utroque iure prohibita, & eisdem casibus utroque
permissa. num. 79.

Index ex officio potest procedere in omnibus, que ad utilitatem publicam
pertinent. num. 79.

Crimina puniri interest Reipublicæ num. 79.

Legem contra naturalem & diuinam est damnare sine accusatore uero et
ficto num. 80. & melius num. 82.

Index est iustitia animata de causis aliorum duorum cognoscens num. 80.

Legem naturalē & diuinam de non infamando, uel de non scandalizando nemo
potest tollere, nec princeps ullus sine iusta causa minuere, uel limitare n. 81.

Crininis occulti dissimulatio utilior, quam punitio sine querela n. 81.

Legi naturali, & diuinæ utrumque ius aq[ue] subiicitur num. 81.

Accusator fictus est infamia, evidentia, & tale, & tale illis, quoad hos
equipollens num. 82.

Intimatio clamorosa, & infamia res diuersæ sunt n. 82.

Infamia uel suspicio quanta esse quoad hoc debeat, Iudex arbitratur. n. 82.

Appellari potest a Iudice male arbitrante aliquid esse infamiam, uel ei
equipollere. n. 82.

Carceri non facile mancipandos esse omnes præsentim honoratos. n. 83.

Appellatur a mandato de capiendo etiam post Concil. Trid. quia eius gra-
uamen non est reparabile per diffinitiuum n. 83

Lex naturalis immutabilis n. 84. limitari tamen potest ex iusta causa n. 89.

Inquiri non poterat sine infamia de crinime lese maiestatis ante Extrahag.
ad reprimendum n. 84.

Inquisitio que fit super electo postulato, uel præsentato ad ordines, uel bene-
ficium, non est exceptio regulæ de non condēnando sine accusatore, nec gene-
ralis inquisitio, nec ulla inquisitio, qua sit ad utilitatem priuatæ & misera-
biliti personarum, uel piorum operum, nec ulla inquisitio facta ex officio. n. 85.

Inquisitio ob quam delicti confessionem fieri possit. n. 86.

Confessio delicti iniustæ torti, non sufficit ad inquirendum, licet incidenter fa-
cta sufficiat. n. 85.

Crinæ causam principale contingens aliter quā nō contingens puniri pot. n. 86.

- Inquiri potest specialiter super crimen occulto per generalem inquisitionem detetto n. 87. nisi inquirens sic protestetur. n. 88.*
- Inquirenti generaliter occulta non debent reuelari, sed reuelata, etiam si reuelator in eo peccavit, ipse tenetur ea castigare. n. 87.*
- Inquisitionem male captam confessio inquisiti facit ualidam. n. 87.*
- Inquisitio specialis criminis occulti non permittitur ob solam eius atrocitatem, nec requirit partium præiudicium. n. 88.*
- Inquisitio criminalis fit de crimen manifesto criminis occulti, sed generalis de ipso criminoso. n. 88.*
- Inquirendi nouum casum potest inducere Monarcha iusta de causa, & non sine illa. n. 89.*
- Inquisitionis commissio etiam à Principe simpliciter facta non tollit necessitatem infamiae, uel alicuius ei equipollentis n. 90.*
- Rescriptum in dubio ita interpretandum, ut consonet Iuri communi, etiam transferendo clausulas n. 90.*
- Principe inferior non potest etiam cum causa limitare legem naturalem. n. 90.*
- Principi committenti inquisitionem, & afferenti sibi constare de infamia, An sit credendum? n. 90.*
- Inquisitionis commissio, An motu proprio, An aliter fiat; nil quoad hoc referre num. 90.*
- Inquisitus specialiter priusquam procedat de infamia, uel alio ei & equipollenti debet se informare, alioquin peccat mortifere coram Deo, licet processus ob sociordiam inquisiti nil opponentis ualeat in foro externo. n. 91.*
- Inquiri non potest etiam contra Regulares sine infamia, uel alio ei & equipollenti num. 91.*
- Crimine in omni atroci non potest sine infamia inquiri. nu. 91.*
- Inquirere non potest Index eo solo quod non presumatur calumniari. n. 91.*
- Infamia orta post capturam non sufficit, licet antea nata non amittat uim prohibandi num. 91.*

77



Ecimnmnonum, Quod non solum illud iudicium dicitur iniustum, quod est iniquum siue contra iustitiam & æquitatem, sed etiam quod est inordinatum, siue contra iuris ordinem datum: Tum quia utrumque contra leges fertur cap. Cum dilecta de rescript. cap. Prudentiam de offic. deleg. Tum, quia frequentius incurritur nullitas Iudicii ob omissam formam, uel solemnitatem Iuris, quam ob omissam, uel violatam æquitatem, uel iustitiam partibus conuenientem per not. in cap. primo. de re iudic. &c. 1. & 2. ff. de appella. adiunc. l. Prolatam .C. de sentent. & 1. & 2.

C. quan-

C. quando prouoc. non est neces. Tum quia , licet frequen-
tior sententia sit eorum ; qui putant ritè factum à recte facto
eo differre, quod hoc ad ius & iustitiam referatur, illud uero
ad solemnitatem , iustè tamen vel bene factum utrumque in-
cludit , secundum eosdem , ut colligitur per tradita à lafo. &
citatis ab illo in l. Iustè ff. de acq. poss. & in l. Lecta .ff. si cer-
pet. Tum denique quod uerior uidetur resolutio eruditissimi
Alciati probantis in l. Hæc uerba in stipulatione .ff. de uerb.
sing. anthoritate doctissimorum latinorum, differentiam pre-
fata non esse ueram , & nimia subtilitate laborare, Et con-
sequenter non ritè facta esse non recte facta , & è contrario.

Ex quibus inferitur, esse verum id , quod 48. loco infere-
bā ex 6. conclus.c.inter uerba 11.q.3. n. 579. népe mortifere
peccare Iudices peccatū detractionis, siue infamationis , qui
inordinatè sine præuia infamia, Vel alio ei æquipollenti in-
quirunt specialiter contra aliquem : Tum quia per prædicta
iniuste faciunt, & omnis iniustitia est peccatum mortiferum,
secundū Tho.recep. 2.2. q. 59.art.4. Tum quia qui reuelat, vel
est causa , vel occasio propinquā reuelandi peccatum secre-
tum alterius contra Iuris ordinem, est detractor, & transgres-
sor. 8. præcepti Decalogi , vt conclus. 6. extracta ex d. cap.
Inter verba habet, & aliis multis ibi comprobatur , & sum-
matim dixi in c. 18. Manual. Confess. & præfati Iudices id
78 faciunt : Tum , quia præceptum illud 8. Decalogi om-
nes etiam Summates ligat, Quia est lex diuina , quam etiam
Papa tenet usque ad sanguinem defendere c. Sunt quidam
25. q. 1. Tum , quia nec indicia, saltem extrajudicialia suf-
ficiunt ad illud sicut supra dictum est, ut irrefragabiliter pro-
bat c. Inquisitionis de accusat. quatenus habet: Non suffice-
re ad id etiam dictum vnius, nec duorum , nec trium testium
Extrajudicialiter apud Prælatum de crimine testantium, licet
aliquot nostrorum & Sotus de ration. reg. memb. 2. q. 6.
vers. At vero , & clarius paulo post in vers. tertium Dubium
& Gaiet. 2.2.q.60. art. 4. contra senserint, sed incaute. Par-
tim eo quod fragiliter intulerunt illud ex dictis S. Thomæ in
ead. 2.2.q.69. art. 2. quia ille solum dixit, ad interrogandū
reum sufficere infamiam, vel inditia: Et cum longe, aliud sit,
inter-

interrogare inquisitum , vel accusatum , Aliud per inquisitio-
nem procedere , parum cautè hoc ex eo intulerunt , quia à se
paratis non sit illatio .l. Papinianus exuli .ff. de minor .Q uia
item Thom. si satis perpendatur de inditiis iudicialiter pro-
batis , & partim intimatis loquitur : Partim quod ipsimet ibi-
dem tenet , quod duo testes de visu ad id non sufficiunt , cum
tamen constet eos plus probare quam indicia , Partim quod
ipsemet Sotus dixit ibidem semiplenam probationem suf-
ficere quidem ad interrogandum , & cogendum reum ad
dicendum veritatem , non tamen ad inquirendum : Duxi
(saltem extra iudicialia) Nam indicia iudicialiter probata
sufficere possent , quia æquipollerent infamiae per infra di-
cenda num. 96. in quibus forte posset salvare Gaietanus ,
sed difficilius Sotus qui negat semiplenam probationem in
id sufficere .

Vigesimo Quod quia multi mea sententia in Theoria &
praxi peccant grauiter circa hanc inquisitionis materiam in
79 utroque foro , subiicio pauca ex multis , quæ scripsi in d. re
pet cap. Inter uerba sermone Hispano composita præsertim à
Coroll. 62. conclus. 6.

Primum quidem ; Quod quatuor sunt opiniones super illa
questione . An , & quando liceat per inquisitionem proce-
dere in criminalibus ? Prima glossarum cap. De manifesta
2. quæst. 1. cap. 1. vt Eccles. benef. Instit. de publicis iud. in
princ. & l. Tutor .§. Præterea ff. de suspec. tut. & l. Rescri-
pto .§. si quis .ff. de muner. & honor. quæ aiunt , regulari-
ter non licere .

Secunda est Bartholi in .l. Si maritus .§. si ante n. 3 .ff. de
adult. qui ait regulariter permitti .

Tertia , Q uod est permitta Iure Canonico , & prohibita
Iure Ciuiili , quæ est Baldi in cap. 1. de offic. ordin . com-
muniter recep. ut colligitur ex Dec. hic . num. 7. & Aret.
in cap. Cum oporteat , & multo altius in cap. Qualiter 2.
num. 52. & seq. de accusat. & eruditis . Alciato in d. cap.. 1.

Quarta , quod nulla est inter utrumque ius in hoc differen-
de offic. ordin .

tia , quam tenet Salic .in d.l. Ea quidem C. de accusat. quem
sequi-

75 sequitur Aret. in d. c. Qualiter n. 67. Et hæc coniuncta pri
mæ est omnino tenenda, ita ut dicamus; Quod inquisitio
regulariter est prohibita utroque iure, & quibus casibus li
ceret Iure Pontificio, licet & Cæsareo, & ecclætrario: Tum quia
licet parū aut nihil referat effectu tenere opinionē glossarū,
uel Bartholi, uel communem, eo quod secundum omnes
in eisdem casibus, & non pluribus, uel paucioribus est li
cita, uel prohibita inquisitio, cogit tamen recedere ab illa
rationes dubitandi, & decidendi, Cur possit, uel nō possit in
quiri super criminibus. Quas demitor à nemine usque ad
nos in d. c. Inter uerba satis fuisse consideratas: Ratio enim
mouens, quod in omnibus criminibus etiam occultis possit
procedi per inquisitionem, est illa ualidissima, Quod Iudex
potest ex officio procedere, siue inquirere in omnibus, quæ
respiciunt utilitatem publicam, secundum omnes. arg. I.
Congruit de offic. Præsid. & c. i. de off. ordin. & tradit Bart.
80 ab omnibus recept. in I. 4. §. Hoc autem ff. de damn. infec.
At criminum punitio principaliter pertinet ad utilitatem
publicam I. Ita uulneratus ff. ad I. Aquil. c. ut famæ de sent.
excom. Ergo &c.

Ratio autem cur in nullis criminibus occultis inquire pos
sit, est illa, qua glossæ præfatæ nituntur, scilicet: Quod ne
mo sine accusatore est damnandus, cuius rationem assignat
Thom. 2.2.q.67. art.3. in hæc uerba: Iudex est interpres iusti
tæ. Vnde sicut philos. dicit in 5. Et hic. Homines ad Iudicem
confugiunt, sicut ad quandam iustitiam animatam: Iusti
tia autem, sicut supra dictum est, non est ad se ipsum, sed
ad alterum: Et ideo oportet quod Iudex inter aliquos
duos diiudicet, quod quidem fit, cum unus est actor:
& alius est reus: Et ideo in criminibus, non potest ali
quem iudicio condemnare Iudex, nisi habeat accusato
rem, secundum illud actuum 25. Non est consuetudo Ro
manis damnare aliquem hominem, priusquam is, qui ac
culatur præsentes habeat accusatores, locumque defenden
di accipiat ad abluenda ciuitina, quæ ei obiiciuntur: Hæc
ille; Qui in respon. ad tertium sentit, quod lege naturali ve
ratur, ne quis sine accusatore vero vel ficto, qui est notorie
tas

tas infamia, vel aliud ei æquipollens, damnetur. Ratio autem huius rationis est triplex. Prima illa neruofissima, Quod lege Dei naturali, & diuina præcepti 8. Decalogi præcipitur, non quis inordinate detrahatur, siue infametur, vel sit causa propinquorum ita detrahendi, vel infamandi proximum, ut in d. conclus. 6. d. c. Inter verba late tradidimus, & breuiter in c. 18. Manual. Confess. repetiuimus, Et multa ratione probat Sotus de rat. teg. memb. primo q. 2. Et cum nullus inferior possit legem superioris tollere, uel minuere, Clem. Ne Romani de elect. Et consequenter nullus iudex etiam Monarcha possit legem præfataam Dei de non infamando tollere, nec saltem sine iusta causa minuere: Cumque qui inquirit super occulto crimine, infamet; uel det causam infamandi, consequitur nullum hominem posse inquirere, nec saltem sine iusta causa dare facultatem inquirendi super illis.

Secunda, quod etiam lege Dei scandalizatio prohibetur c. 18. Matthæi & c. 2. de nou. op. nunc. & tradit Thom. 2. 2. q. 43. art. 1. & 2. At publicatio peccati occulti est scandalizatio, arg. c. Præsbyter si à plebe, & c. Si mala 2. q. 4. quatenus probant famam peccati scandalizare, & tradit Gaiet. 2. 2 q. 73. art. 2. Ergo publicatio peccati occulti lege Dei prohibetur, Ergo nullus Deo subiectus potest illam tollere, uel eam saltem sine iusta causa minuere.

Tertia, Quod licet regulariter vtilis, sit Reipublicæ criminum punitio, fallit tamen, quando sunt occulta, & non est accusator verus vel fictus: Tunc enim vtilior est Reipb: quieta conseruatio famæ & honoris suorum subditorum, quam punitio, qua turbatur Reipublica, & illi priuantur bonis suis maximiis, quæ sunt fama & honor. iuxta cap. 41. Eccles. Proverb. c. 22. & Philosophum in 4. Et hic. Dixi (quando non est accusator verus vel fictus) Quia cum est talis oportet reddere ius vere uel ficte accusanti, vel querelanti, alioqui turbaretur Respublica, quæ est ratio vere germana, cum accusatore, notorietate, infamia, vel re illæquipollente instantे, possit procedi & inquiri sine violatione legis naturalis, & Diuinæ, est & solutio argumenti pro contraria parte adducti. Per quas rationes palam concluditur opinio

præ-

præfata glossarum , scilicet : Quod regulariter prohibetur
 inquisitio in criminibus occultis , & 4. opinio , Quod nul-
 la est in hoc differentia inter utrumque ius , cum utrumque
 æque subiiciatur legi naturali & diuinæ , cui lex præfata de-
 non inquirendo in occultis nititur , sicut & illa . Nemo sine
 accusatore damnetur , quæ ponitur in legibus & capitulis ,
 quorū sunt præfatae glossæ . Ex quibus infertur primo præfata
 legē de nō damnando sine accusatore uero uel ficto , siue de
 82 non inquirendo sine infamia , uel alio ei æquippollenti , es-
 se naturalē , & diuinam , quamuis ut diximus in d.c. Inter uer-
 ba conclus. 6. coroll. 50. Sotus ubi supra , his non perpensis
 cōtra tenuerit . Accusator autē fictus est infamia & à fortiori
 euidentia uel notorietas ; Rebellio item denunciati , qua de-
 nunciantem secreto , & amanter corripiētē non uult au-
 dire , iuxta c. Si peccauerit 2. q. 1. & c. Nouit 1. cod. secun-
 dum mentem Thom. ubi supra . Quibus quoad hoc , æqui-
 pollent intimatio frequens , & inspicio populi , uel uniuersi-
 tatis , quam pro ueritate circumstantiarum , uarie arbitratus
 fuerit bonus iudex , secūdum mentem Innoc. in c. Cum opor-
 teat de accusat. communiter recepti , quem non relatum
 pulchre declarat Salicetus in d.l. ea quidem col. 9. ibi. Dis-
 famatio non semper debet esse uniformis , Quia quando-
 que major , quandque minor : Nam si periculum sit instans ,
 sine multa diffamatione potest procedi , ut d. c. Qualiter , &
 ibi not. Ioa. Andr. cap. licet Heli extra de Simon. Insinua-
 tio autem clamorosa , & infamia non sunt idem , cum po-
 nantur pro diuersis in d. c. Qualiter & quando ; ibi : Per cla-
 morem & famam , & in d. c. licet heli de Simon. ibi . Per pu-
 blicam famam , aut intimationē frequētē , quod ea ratione
 Alciat. probavit in d.c. 1. de offi. ord.n. 61. Quod insinuatio
 est expositiō criminis Iudici facta , iuxta Archid. in c. Q uia
 plāriq; de offi. ord.in 6. licet cōtra qđ idem sint prius Sotus
 ubi supra mēb. 2.q.6. & ante illū Pan. & Anan. in d.c. qualiter
 col. 2. qđ utiliter declarās Salic. ubi sup. sic dicit: Hic aduentē
 dū qđ clamor iste esse debet de diffamatione , Et ideo Index
 de ista diffamatione debet inq̄rere à uicinis , & aliis scire de-
 bētibus , & diffamatione reperta , debet inquisitionē formare ,
 ut extra

ut extra de actus.c. Inquisitionis, hæc ille. Cui addo: Posse à Iudice male arbitrante aliquem rumorē esse infamiam, uel equipollere infamiae, ad inquitendum iuste appellari; Tum, quia potest famam bonam contrariam probare & eam quæ ei obiicitur esse à maleuolis ortam, uel alia ratione: non sat satis qualificatam, iux. gloss. recep. in d.c. Qualiter & quando el 2. Tum, quia à relictis arbitrio ludicis iustè si malè arbitretur, appellari potest, iux. gloss.a plerisque omnibus cept. in c. super hiis verb. Arbitrio de accusat. & à multis putatam singularem, licet habeat.

Secūdo, ex præfatis rationibus decidēdi Infertur, Quanta circumspetione debent vii Iudices etiam supremi in inquি rendo, uel mandando inquire, ne faciant, quo propter propria peccata castigentur, dum aliena castigare nimis anhe-lant, quandoquidem non lege humana tantum, sed naturali, & diuina contenta in 8. præcepto Decalogi vetatur, ne quis proximum infamet, vel sit causa propinqua infamandi: Quædem ratione debent abstinere à coniiciendo in carcerem, præsertim viros honoratos, & de fuga non suspectos, donec iustum informationem de crimine habeant, quamuis illam eo nesciente suscipere possint, & mandatum devocando per-sonaliter, vel etiam de capiendo dare, iuxta doctrinam Salic. in l. Nullus C.de exhib. reis, & latè tradita per Hypol. in prax. crim. in §. Constante, & alibi sëpe, dummodo id eo proposito actuali, vel virtuali faciant, vt appellationem iusta de causa interpositam admittant, si eam iussus capi, vel iam captus interponat, vt Bald. determinat in l. si clericos C.de Episc. audien. Quia grauamen illatum per illam interlocutoriam de capiendo, non potest satis reparari per diffinitiuam, quo casu etiam lute Cæsareo appellatur l. 2. C.de ap-pell. non recip. & etiam lute novo Concil. Trid. sess. 13. c. 1. de reform. licet derogauerit antiquis Canonibus permit-tentibus appellare, & in criminalibus ab aliis interlocutoriis, quorum grauamen per sententiam diffinitiuam, vel per finem causæ reparari potest.

Vigesimumprimū, Q[uod] contra præfatas rationes; & illara ex eis præsertim quod lex de non damnando sine accusatore uero

vero uel ficto, quo quarta opinio nititur, est naturalis, facie
neruose primo; Quod tot casus excipiuntur ab ea, in quibus
licet inquirere, ut Barth. in d. l. Rescripto fecerit regulam
de illis, & casus in quibus non licet posuerit pro exceptio-
nibus, ut supra dictum est, quod non videtur posse contin-

84 gere vlli legi naturali diuinæ, quæ immutabilis est, c. Ius na-
turale prima dist. & 5. dist. in princ. & .§. sed iura quidem
naturalia iustit. de iur. nat. gent. & ciuil. Secundo quod
nulla lex naturalis uel supernaturalis Dei, per homines
potest tolli, nec limitari sive circa eam dispensari ea dis-
pensatione vera, qua quispiam eximitur ab illa sub quæ
alias includeretur, secundū Tho. in 3. sent. dist. 37. q. 1. art. 4.
Ergo nullus casus potuit excipi ab ea, Si esset naturalis
diuina per Imperatores, neque per Papas quanto minus tot,
quod uideantur Bartholo & sequacibus eius constituere re-
gulam contrariam. Tertio Quod sequeretur non potuisse per
Fredericum Imperatorem fieri extraug. Ad reprimendum,
per quam nōrē statuit, posse inquire super criminē læsa ma-
iestatis, quæ ut dixit ibi Barth. est ius adeo nouum, quod
ante illud etiam lute Canonico non poterat super eo sine in-
famia procedi. Quarto quod audimus saepe monarchas com-
mittere causas inquisitionis nulla infamia præcedente, qui
pecarent, si præfata lex esset naturalis diuina, quod dicere vi-
detur absurdum, & quoddam veluti sacrilegii citimen arg. c.
Si quis suadens e. §. communiter 17. q. 4.

Ad horum primum respondeo, negando quod innenian-
85 tur tot casus à præfatis legibus excepti, quot communiter
putantur. Ille enim quem Panor. cū Alciat. & communi po-
nit in d. c. 1. de offic. ordin. de inquisitione vitæ electi ad
confirmandam, uel cassandam electionem eius, iuxta c. Ni-
hil de elect. ineptè excipitur ab ea: Illa enim habet, ut nemo
sine accusatore damnetur, & in hoc non agitur de damnatio
ne electi, neque de castigando eo, sed solum de non dando
ei, quod non debetur, vel non auferendo, quod debetur:
Id ipsum est dicendum de illo casu excepto à Speculatore,
quo inquiritur de postulatione ad aliquam Ecclesiā, An
admittenda? uel de præsentato ad aliquem ordinem, An sit
ordi-

ordinandus? Et eadem ratione de præsentato ad aliquod beneficium, An sic instituendus? Non enim agitur in illis casibus de damnandis, vel castigandis criminibus: Casus item in quo proceditur ad generaliter inquirendum iuxta l. Congruit ff. de offic. præsid. & cap. 1. de offic. ordin. ineptè excipitur à præfata regula, quia per generalem inquisitionem nemo damnaur, nec sit ad damnandum, vel ad' decidendum, sed solum ad inueniendum & præparandum, adeo quod per testes acceptos in illa nemo potest damnari etiā postea in speciali inquisitione, nisi reperantur, secundum prolesque omnes, in quibus sunt Bald. in d.l. Ea quidem n. 42. & Aretin. in d. c. Qualiter 2. n. 5 1. de accusat. lmo is & alii præfati omnes casus potius continentur sub illa regula, quæ habet, Posse iudicem procedere ex officio in hiis, quæ ad utilitatem publicam pertinent: Casus item alii excepti per Angel. Aret. in lib. de malef. uerb. hæc est quædam inquisitio uers. Secundo principaliter, in quibus inquiritur ad priuatam utilitatem, scilicet, suspicione tutoris. l. 3. §. Præterea de suspec. tutor. & an sit talis tutor idoneus l. Credendum. §. ff. qui pet. tutor. vel de executoribus publicis: An in tributis exigendis excedant. §. Coges in Auth. de mand. Princ. & an usuræ exigantur, c. Ad nostram de iure iur. non sunt ueræ exceptiones præfatæ regulæ, Ne quis sine accusatore uero uel falso damnetur, Quia non agitur in illis criminaliter, nec de crimine ad damnandum principaliter, & ideo potius sunt falso alterius regulæ: Ne iudex ex officio ad utilitatem priuatam procedat, quæ ponitur in d.l. 4. §. Hoc autem iudicium ff. de damn. infec. Quia eadem ratione casus inquirendi in utilitatem priuatam miserabilium personarum, & piorum operum, qui sunt permitti secundum Bart. & Alex. in d. §. Hoc autem, quicquid Imolen. ibi dicat, non sunt casus excepti ab illa regula. Ne quis damnetur sine accusatōte, de qua tractamus, sed ab illa altera, Ne iudex ex officio ad utilitatem priuatam procedat, quamvis teneri possit etiam in his causis procedi ad utilitatem publicam, cum pietas ad illam pertinet. Ille item casus, quem incertè ponit Bart. cum commentarii in l. 2. §. si publico ff. de adulter. pro casu excepto, uidelicer

delicet: Cum Iudex ex officio ad puniendum procedit, non est talis: Tum, quia ut recte aduertit Sotus ubi supra, non est ei locus, nisi cum ob infamiam, uel notorietatem Iudex procedit, & ita non proceditur in eo, sine accusatore uero, uel falso: Tum, quia alioqui omnia crimina tam occulta, quam publica possent pnniri per viam inquisitionis, quod est contra totū utriūque ius, & omnes q. præfatas opiniones. Quod miror neque à Bart. neque ab aliis uigilantissimis viris eum pro excepto ponentibus animaduersum: Eadem ratione non debet etiam dici casus exceptus illé, in quo Iudex ex officio potest punire confidentem principaliter aliquod delictum, cuius alias non erat infamatus, ut communis colligit ex c. i. de accusat. lib. 6. Quia confessio judicialis inducit notorium Iuris c. fin. de temp. ordin. c. uestra & c. fin. de cohab. cler. & mulier. Admoneo tamen id, quod p. idē in d. reper. admone bā, quod limitatio illa utilis & quotidiana Soti de rat. tege.

86 memb. 2. q. 6. pag. 15. nempe quod hoc non procedat in confessione facta coram paucis, uel coram Praelato incogitanter, uel in aliqua epistola secreta, quam superior aperuit, sed tantum in facta coram multis. Primo non procedit in confessione judiciali, quæ etiam coram paucis, puta solo Iudice & notario facta, inducit notorium Iuris, ut dictum est, neque id quod in illa presupponit, uidelicet, Confessionem extraudi cialem coram multis factam sufficere, est uerum, nisi quando ex illa confessione insurrexit fama populi, uicinix, uel Collegii, sed tunc non inquiret Iudex tantum ob confessionem, quantum ob infamiam ex illa natam: Recte autem limitari potest, ne procedat in confessione timore tormentorum facta, secundum Bart. in l. pen. ff. de quæst. Et clarius Alex. Imolen. ad Bart. in l. Qui in aliena §. Celsus ff. de acquir. hæred. modo sic confessus reuocet confessionem, tanquam timore factam, iuxta Anchar. cons. 24. incip. visa inquisitio, ex quo colligitur idem dicendum de confessione facta sine tormentis, præcedente tamen iniusta captura. Eadem quoque ratione non est censendus casus exceptus ille, in quo Iudex potest ex officio confidentem incidenter aliquod delictum, cuius alias non erat diffamatus punire in eadem tela iudicij, uel

Saltem noua texta , secundum sententiam recep. in d. §. Si publico per l. Quod euitandi C. de condic. ob turp. cau. & l. pen. C. si aduer. libert. Quia etiam in eo interuenit notorietas, quæ est accusator fictus. Admoneo tamen, præfatum Sotum limitare hoc , ut solum procedat in confessione alicuius circumstantiæ criminis , de quo agitur, ut si procedente Iudice contra Concubinarium, constiterit concubinam esse monacham , sed non uidetur in hoc sequendus. Tum , quia est contra plerosque omnes utriusque Iuris Interpretes in d. §. Si publico & c. 2. de Confess. & in c. 2. de ordin. cogn. & alibi: Tum , quia sunt textus expressi in d. l. Quod euitandi , & d. l. penul. C. si aduers. libert. Quod crimen probatum in iudicio etiam ciuili , potest officio Iudicis criminaliter puniri : Tum , quia notorietas iuris quæ est fictus accusator , habet locum in casu limitationis : Tum , quia differentia illa magna in castigando delictum patefactum, incidenter contingens crimen principale , de quo agitur, & in castigando non contin gens illud, non est, quam significat ipse , sed quod si contin git illud , siue grauet , siue releuet , siue neutrum faciat , potest castigari in eodem iudicio , non autem si non contingit illud : Nam tunc opus est ordiri nouam telam Iudicij ex officio, ut ram antiqui, quam recentiores docent in c. 2. de confess. c. 2. de ordin. cogn. & in c. 1. de except. in c. Per inquisitionem de elect. d. §. Si publico, quod pridem in repetit. præfati c. 2. de Cōfess. late declarauimus . Eadem ratione etiam male excipitur à præfata lege casus ille , quo Iudex inquirit particulariter contra aliquem super criminis , quod per generali inquisitionem ei constat , iuxta c. 1. in princip. iunct.

87 §. Sane de censi. lib. 6.l.4. §. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. & l. lustis simos C. de offic. Præfec. Provinc. Non quod putemus rede docere Sotum ubi supra post Angel. in l. Si uacantia : C. de bon. uacan. lib. 10. hoc non liere nisi alia ratione super eo inquire possit , Quia in hoc non est sequendus: Tum , quia omnes in Thoria & praxi contra seruant post Bart. in d. l. 2. §. Si publico . ff. de adult. Tum , quia , ut proxime dictum est ; cum sufficiat detectio criminis in Iudicio incidenter facta à fortiori sufficiet facta ex proposito generaliter inquirentis ar gum.

gum. d. capit. 2. sub fin. de ordin. cogn.

Non obstat, quod inquisitio generalis sit ad tranquillan-
dam Rempub. puniendo mala, quibus turbatur .l. congrue-
ff. de off. Præsid. c. 1. de off. ordin. Et quod crimina occulta
non perturbant illam; Quia licet non pertubent, donec su-
dicialiter noscantur, perturbarent tamen postea, si non pu-
nirentur, præbendo materiam delinquendi eis, ad quos de-
tectione & impunitas alicuius illorum perueniret. Non obstat
etiam, quod nullus testis interrogatus per generalem inqui-
sitionem tenetur, nec licite potest detegere occulta c. Qua-
liter & quando 1. de accusat. Quia, licet ille bene faceret ta-
cendo, & peccet male detegendo, ex quo tamen bene uel
male deduxta sunt in publicam Iudicis notitiam, Ille tenetur
ad castigandum ea per inquisitionem particularem. Tum,
quod ipsem Sotus ubi sup. memb. 3. q. 1. pag. 8 tenuit, suf-
ficere notitiam Iudicialem habitam per confessionem male
torti, ad hoc ut Iudex alias à torquent inquirat contra de-
tectum: Tum, quia c. de accusat. lib. 6. probat, confessionem
ante infamiam iudicialiter interrogati supplere infamiae de-
fendit, & efficere processum inquisitionis validum: Opinio ta-

men Angel. & Soti, quæ de pia mente manauit, seruari pos-
set, quando uisitor, uel inquisitor generalis in principio
protestaretur, ut ego in duabus uisitationibus celeberrimo-
rum Monasteriorum protestatus fui, nempe: nolle me scire
ab eis occulta, sed solum notoria & famosa, & quod habitu-
rus essem pro non detecto, quicquid occultum mihi detege-
retur, quam profecto cautelam iudico piam, & tranquillita-
ti publicæ, quæ per reuelationem secretorum non uno no-
mine turbatur, accommodam: Est autem ratio cur male
excipitur, quod cognitio illa Iudicialis habita per gene-
ralem inquisitionem, habet vim notorietatis uel infamiae,
quæ est accusator. fictus. Eadem etiam ratione male ex-
cipiuntur illi casus, quos Specul. titul. de inquisitione
§. Quando Bartho. in dict. extrauagan. Ad reprimendum
Antoni. 3. part. titu. 9. capit. 7. & alii alibi ponunt, de
criminibus in iudicio admissis, quale est testis falsum depo-
nentis .l. Nullum C. de testib. quale calumniatoris cap. 1. de

calumniat. aut prævaricatoris & tergiuersatoris. l. 1. ff. ad ad Turpil. & c. 1. de calumniat. l. fin. C. de abolit. Quorum excipiendorum rationem ait Sotus ubi supra memb. 3. q. 1. nihil in id adducto non esse atrocitatem eorum, ut iuristæ putant, sed quia sunt partibus perniciosa, qua in re bis uidetur peccare. Primo, quod putat iuristas eam rationem excipiendi reddere, quod non faciunt, quia aut tacent, ut Speculator aut dicunt excipi, eo quod multum offendunt Iudicem, coram quo fiunt, & non eo quod sint in se attrocia, quod palam colligitur ex eo, quod ipsemet Bart. in d. extrauag. Ad reprimendum pro diuerso casu ponit crimen læsa maiestatis, asserens ante illam extrauag. non potuisse inquire de illo specialiter etiam iure Canonico, & constat illud esse atrocissimum. Nec obstat l. 3. C. ad leg. lul. maiest. Quę non habet inquire posse in illo crimine, sed torqueri posse pro illo præhabita semiplena probatione. Non obstat l. Si quis in hoc genus C. de sacros Eccles. quatenus habet, posse inquire contra iniurios erga Clericos diuina officia celebrantes, quia tum demum id fieri potest, quando notorietas uel infamia interuenit, ut intelligit Angel. Perusin. in d.l. si uacantia, quem sequitur alter Angel. in d.l. de malef. col. 4. Secundo peccat, eo quod limitat ad crimina paribus præjudicialia, cū tamen idem sū de non p: ciudicialibus illis, quale est iuramentū falsum pro saluando reo inquisito, quod prodest illi, & non nocet alteri parti, cum eam non habeat, ob quā tamē potest a Iudice castigari per inquisitionē.

Eadem ratione male excipitur casus ille, in quo Iudex procedit contra consortes detectos iudicialiter a reo, & ille, in quo inquiritur, de criminе notorio uel famoso delinquentis occulti, in quo inquire potest primum specialiter de illo, An sit perpetratum? Deinde generaliter a quo sit perpetratum? Secundum Innoc. in c. bonæ in 1. de elect. in Theoria & præxi recept. quia in eo non proceditur sine accusatore vero uel ficto, pura, notorietate iudiciali, uel extraiudiciali.

Non obstat, quod Gaet. 2. 2. q. 69. art. 2. & Sot. ubi supra membr. 2. q. 6. simpliciter dicant, quod super criminē notorio, cuius Author est occulus, non potest inquire contra illum,

illum, quia uerum est specialiter, sed falsum generaliter, quia ut dixit Innoc. ubi supra, potest specialiter inquire de crimen notorio, quod dicitur factum. An sit factum: contra Authorum uero occultum non, interrogando specialiter, An Iohannes, uel Petrus illud perpetrauerit, sed sic interrogando generaliter, si scit, quis illud fecerit, per quod omnes primi conciliaui in d. repet. c. Inter uerba conclus. 6. corol. 50.

89 Per quæ omnia confirmatur responsio ad primum argumentum, uidelicet qua negauit esse tot casus exceptos ab illa lege quot communiter putantur. Ad secundum autem respondeatur, concedendo quidem legem superioris non posse tolli per inferiorem, nec consequenter legem naturalem, uel diuinam per ullum hominem, negando tamē, quod non possit iusta de causa limitari, eo modo, quo omnes docent in c. Quæ in Ecclesiarum de constit. posse Principem ex iusta causa priuare subditum dominio rei sua contra uoluntatē eius; licet id ueretur præcepto 7. Decalogi, & statuere nouum casum, in quo quis iuste possit occidi, licet id quinto præcepto eiusdem Decalogi prohibeatur. Et consequēter, ex iusta causa possunt Papa, uel Imperator inducere nouos casus. in quibus inquireti possit specialiter sine accusatore, uero uel ficto.

Ex quibus infertur primo responsio ad Tertium, & Quartum, quam gratia breuitatis non explicò. Secundo infertur, licere Monarchis iusta de causa, inducere lege sua uel commissione, casum nouum, in quo inquiratur specialiter contra aliquem sine infamia, uel alio ei xquipollenti, ut Imperator Fredericus in prædicta extrauag. Ad reptiendum ob causas in ea expressas induxit casum criminis læse maiestatis, Non autem eis licere facerè id sine iusta causa, immo peccate illos mortifere, non solum priuatim detegendo peccata subditorum occulta, & infamando eos, ut & ceteri peccant, sed etiam statuendo, & commitendo sine iusta causa, ut sine infamia circa ea procedatur, eo quod transgrediuntur legem sui superioris, cui tenentur obedire, sicut nos peccamus non obediendo ipsis c. 2. de maior. quicquid Doctores de placebo Domino eis blandiantur.

Tertio infertur, Quod commissarius simpliciter deputa-

tus a Principe supremo ad inquirendum , tenetur prius cognoscere de infamia , licet contra dicat Bald. in l. Nullus . C. ad leg. Iul. maiest. Tum , quia rescriptum in dubio debet interpretari ut conformetur iuri communi , iuxta gloss. celeb. in cap. Paratus. 22. quæst. 2. etiam per translationem clausularum cap. Causam quæ de Rescr. p. præsentim cum continet ius naturale , vel diuinum , quale est , de quo hic agimus , quod non potest describens sine causa limitare : Tum , quia Salicetus dixit in d. l. Ea quidem num. 44. & ante illum Bald. quem ille non citat , in l. 4. §. hoc autem iudicium .ff. de damn. infec. & in cap. Ad nostram , ubi Innocen. de iurciur. quod etiam stante statuto , ut super quolibet crimine licet inquire , non tamen licet nisi præcedente infamia , & id seruat consuetudo ubique reiuarum recepta secundum Iohannem Fabr. in d. l. Ea quidem , Et merito : Quia inferior Principe statutorum Author , non potest limitare legem naturæ etiam cum causa , per illa multa ; quæ tradit in hoc Felin. in dicto cap. Quæ in Ecclesiistarum de constitut. num. 32. Et quod statutum debet interpretari secundum ius commune , quoad fieri potest l. si serui. C. de noxal. cap. Cum dilectus de consuetud. licet , ut dictum est , Princeps supremus id possit : Tum , quia dicto Baldi responderet Alexand. in consil. 179. In causa Anglorum lib. 2. probatus a Decio consil. 170. deberet limnari , ut tantum procedat , quando exprimitur in commissione , constare Principi de fama , sed quod nec illa expressio sufficiat uerius uidetur nobis , Quoniam , ut diximus in Commentario cap. Non licet 12. quæst. 2. §. 2. n. 8. Illa uidetur longè uerior sententia , quam tentauit Felin. in in d. cap. Quæ in Ecclesiistarum num. 66. & firmavit Decius ibidem num. 27. & nos confirmamus in d. num. 8. per illum textum in id singularem , & nouè inductum , quod Principi afferenti iusta de causa facere aliquid , quando ea requiritur , vt illud iuste possit facere , non creditur , nisi aliundè appareat per præfatum cap. Non licet & l. si forte , & doctrinam Barth. ibidem .ff. de cast. pec. & alia , quæ

præ-

213

præfati , & nos addimus ubi supra .

Nec obstat , quod etiam Innocentius idem sentiat , quod Alexand. in cap. Cum oporiat de accusat. ibi ; Si non fiat mentio in literis de aliquo denunciante , sed tantum dictum sit : Ad audientiam nostram peruenit , tunc poterit procedere sine aliqua inquisitione factæ , Quia nec ipsi , nec alii animaduerterunt in proposito agi de limitanda lege naturali , & ideo necessariam esse iustum causam ad committendum inquisitionem sine infamia : Tum , quod glossa à multis putata singularis in cap. 2. de accusat. lib. 6. uerbo , fuerat , affirmat hanc partem , quando commissio manauit ad instantiam alterius , sed nullam rationem iustum reddit , nec reddere potest ipsa , neque qui eam laudant Felin. in cap. Iudicis officium col. 3. de offic. lud. & cap. primo col. 4. de rescript. & Hyppol. singul. 14. & alii alibi , cur non debeat idem dici in coimmissione facta motu proprio , cum nullo iure , nec ulla ratione probetur , quod clausula motus proprii suppleat causam iustum ad faciendum actum necessariam , præsertim iure naturali , ut in nostra quæstione ; & illa quam Innocen. ubi supra , & quam etiam præfata glossa reddit , non facta mentione de illo , palam est inepta , nec probatur in capitulis , quæ ad eam citant , quod breuitatis gratia non demonstro latius : Tum , quod nemo auderet dicere : Alienationem rei Ecclesiastice factam per commissionem motu proprio datum valere , nisi de causa alienandi appareret , contra præfatum capitulum . Non liceat , & pér nos ei addita .

Quare magnanimi magnique Christiani Commissarii esset , supplicare in tali casu , antequam inciperet inquirere Monarchæ committenti , ut dignaretur mittere sibi quam haberet de infamia informationem , ut eius copiam reo faceret , quo eam si iuste posset , elideret ut falsam , uel ex maleuolis ortam , & cui si non dignaretur mittere , quam humillime rescriberet non audere se suam suique Domini animam periculo peccandi mortaliter legem Dei frangendo subiicere .

Quarto quod inquisitus specialiter uirtute infamia, uel alicuius ei æquipollentis, debet in primis super ipsa informationem suscipere, Quod tenuit Augustin. contra Angel. in lib. de malef. col. 18. uers. Tu autem probatum ab Alciat. in d.c. 1. de offic. ordin. sed melius reprobatum per Dec. in d. consil. 170. & ante illum ab Anan. consil. 59. uisa inquisitione, & fulgos. consil. 136. In causa citationis & Felyn. in d. c. Qua liter col. 3. Pro quibus est casus in c. 2. de accusat. lib. 6. si bene perpendatur, quatenus habet: ualere processum contra præsentem, & hoc non opponentem, factum, præsupponendo tamen iudicem male facere. Quidam addo, quod licet cō sensus inquisiti, uel taciturnitas eius præsentis, & non opponentis, sufficiat ad ualorem processus; non tamen sufficit ad excusandum: Quia licet fur excusat consensu Domini. l. Inter omnes. §. Recte. ff. de furt. infamans tamen non excusat consensu infamati, qui etiam se infamando peccaret arg. c. non sunt audiendi 11. q. 3. ut post D. Antoni. 3. par. tit. 8. c. 4. §. 10. & Gaietan. 2. 2. q. 73. art. 2. tradimus in d. c. inter uerba, & in c. 18. Manual. Confess. n. 18. nec iudici afferenti præcessisse infamiam, & eam sibi constitisse, credendum est, nisi ex processu id appareat, ut determinat Fulgos. in consil. 107. incip. Super eo, probatus à Dec. in d. consil. 170. Pro quo est textus irrefragabilis in c. Quoniam contra de probat.

Quinto, Quod non est assentiendum Alciato uiro aliqui eruditissimo, quatenus in d.c. 1. de offic. ordin. dixit, posse contra regulares inquire non pæcedente infamia. Tum, quia eodem præcepto Decalogi 8. ueratur infamatio eorum, quo aliorum, imo magis, quia cæteris paribus eorum fama magis seruanda, ut colligitur ex utroque Thom. 2. 2. q. 72. art. 3. relat. à nobis in d.c. Inter uerba concl. 6. coroll. & in d.c. 18. Manual. Confess. n. 43. Tum, quia licet Ioan. Andr. in c. olim col. 2. de accusat. id dixerit, non tamen probauit: Quia c. In singulis de stat. monarch. quod in id citat, loqui vir de generali inquisitione, de qua nemo dubitat non prærequirere infamiam, nos autem de inquisitione speciali agimus: Tum, quia licet ordo procedēdij contra regulares non seruetur adeo stricte, ac contra seculares quoad alia d.c.

Qualiter

Qualiter 2. sub fin. quoad hoc tamē sic, ut clarē sentit Tho. 2.2.q.33.ad 4. & 5. & Gaiet. & Sot. ubi supra, & Vmbertus in reg. sancti August. & communis, sed neque sequendus est idem Alciat. qui paulo post dixit, posse in omnibus criminibus atrocibus absque infamia inquire, quod ante ipsum dixerat Angel. in d.l. si uacantia, efficaciter ab Aretino in d. cap. qualiter 2. confutatus, sed neque quod postea, cum dubitatione tamen, tenuit, quod toties potest iudex inquirere sine infamia, quoties nō præsumitur calumniosè id facere: Tum, ob ea quæ dicit Salic. in d. l. ea quidem col. 8. & Aret. in d. cap, qualiter n. 59. Tum, quia ratio cur uctatur iudex inquirere, non est, quia præsumitur calumniari, ut Barth. quem ipse citat ait in d. §. si publico, sed quia, ut dictum est, iure naturali inclusio in 8. præcepto Decalogi prohibetur.

Sexto, Quod infamia nata post rei capturam, non sufficit ad inquirendum, nec antea nata, si non habuit ortum à personis honestis, nec tunc sola ad torquendum, secundū Petr. de Anchar. cons. 253. non tamen amittit uim probandi eo solo, quod fuerit causa inquirendi, & quandam accusatoris personam gesserit, ut annotauit Aret. in d. cap. qualiter nu. 51. contra Panor. cum nec denunciator excludatur à testimonio, quamuis accusatoris uicem gerat, secundum Barth. in l. Diuus nu. 14. s. de custod. reor. saltem quando non prosequitur causam, secundum Salicet. in d. l. ea quidem q. 12. C. de accusat. tametsi testes recepti super fama ante propositam inquisitionem non citata parte, cito ea, repeti debeant, ut ait Aret. ubi supra.

Summaria.

Inquiri potest ad impedienda crimina sine accusatore etiam ficto n. 92.

Legi naturali fortiori cedit minus fortis, & consequenter legi de seruanda uitalex de serua id i. f. n. 92.

Hæresos in crimine inquiritur specialiter sine accusatore etiam ficto, non tamen sine aliqua suspicione. n. 93.

Correccio frateru quem excusat a denunciando hæretico. n. 93.

Inquiri potest sine infamia etiam in crimine læsa maiestatis humana. num. 94.

Denunciaio qualis ad inquirendum sufficiens . n. 95.

Denunciandi etiam officialitate stanti de infamia non esse credendum . n. 95.

Inquiritur quando ob suspicionem inris habitam pro infamia . n. 95.

Suspicio qualis potest a Iudice haberri pro infamia ad inquirendum . n. 96.

Indicia ob iudicialia qua ratione inquire potest . n. 96.

92



Igesimumsecundum queritur , An sit ullus casus exceptus a praefata lege , De non damnando sine accusatore uero uel ficto . Ad quam respondeo affirmatiuè .

Primus quidem casus est , in quo agitur ad impedienda & evitanda mala futura , præsertim animarum , & tollendam occasionem illorum . In illo enim potest sine ullo accusatore etiam ficto infamia , uel ei æquipollentis procedi secundum mentem Innoc . recep . in cap . primo de postul . Prælat . quæ collgitur à contrario sensu ex illis suis uerbis (delicto cōtrasto) Pro quo facit , quod clericus potest apprehendi à laico , ad obuiandum delicto futuro , secundum Panor . communiter recep . in cap . At si clerici inf . eod . & c . ut famæ de sent . excom . & quod ad eundem finem admittitur correccio fraterna secundum omnes de qua Math . 18 . & cap . Si pecauerit 2 . q . 1 . & fortius , quod , ut diximus in cap . Sacerdos de pœnit . dist . 6 . num . 24 . Omnes etiam priuati tenemur aliorum mortem & pericula , Si possumus , uitare , iuxta illud Proverb . 24 . Erue illos , qui ducuntur ad mortem translatum in cap . Non inferenda 23 . q . 3 . facit cap . Quanto de sent . excomm . & § . 1 . 83 . dist . facit & fortissime , quod lex illa naturalis de non infamando , contenta in d . præcepto 8 . illo casu non habet locum , quoniam occurrit cum illa lege ; alia etiam naturali , uidelicet Eripe illos , qui ducuntur ad mortem quæ fortior est lege illa de non d̄egendo occulto : Et per ea quæ latè tradidimus in capit . Sicut de consecr . dist . 1 . constat , concurrentibus duabus naturæ legibus , contraria in aliquo casu dictantibus , standum esse illi quæ fortior est ; fortiorem autem esse legem de seruanda alicuius spirituali uel temporali uita , quam legem de seruanda fama , ex eo uel maxime constat , quod sicut bona famæ bonis

bonis fortunæ præstant; ita bona famæ à bonis corporis excelluntur l. In seruorum ff. de pœn. coniunctis, quæ tra didit glos. in l. pen. §. Ad crimen ff. de pub. Iudic. & melius 93 in l. Seruum. §. Publice ff. de procurat. & in cap. Veniens de accus.

Secundus casus est, hæreseos & Apostasie, in quibus sine accusatore uero uel ficto etiam infamia specialiter potest inquiri cap. Excommunicamus. §. Adiicimus de hæret. l. Apostatarum C. de Apost. & l. Nullus C. ad leg. Iul. maiest.

Aduertendum tamen primo, Quod nō potest procedi, nisi aliqua suspitione præcedente, ut ex cap. Ut officium de hæret. lib. 6. satis clare colligunt Ioa. And. Domin. & Franc. ibi & Arer. in d. cap. qualiter num. 66. quin & , meo consilio, nemo nisi timeatur fuga, ob solam suspicionem capietur: ob magnum famæ detrimentum, quod inde saltem de facto nascebitur, Quod etiam Sanctæ inquisitionis officium seruat in Hispaniis.

Secundo quod .§. ille Adiicimus ea ratione probat posse inquiri specialiter contra aliquem non præcedente infamia, quod uerbum (dissidentes) in eo positum, secundum Ioa. And. communiter recep. includit non solum dissidentes à fide, sed etiam à communi conuersatione honesta, puta si sunt laici non professi, & portant habuum regularem, uel quia non uisitant Ecclesias, non audiunt uerbum Dei, uel non colunt diem Dominicam, forte colentes sabbathum, uel clara luce non comedunt, uel abhorrent panis esum, in die dormiunt, uel nocte uigilant, uel uadunt nudi per totum corpus uel partem corporis, puta in pedibus uel similia.

Tertio, Quod ratio quare in crimen hæreseos possit contra aliquem specialiter inquiri sine accusatore & infamia, uidetur esse, quia recidit in primum casum præfauum de uiando, & impediendo peccata futura, eo quod per contagionem & infectionem illius perducuntur, & transiunt in alios: Nam hæresis serpit ut Cancer, quippe quæ pestifera est cap. Ut inquisitionis de hæret. lib. 6. Vnde priorem, quod si esset suspicio contra aliquem, qui ante aliquot annos admisit hæresim, sed nullum infecit, nec timeretur de ulla

ulla infectione, non debere contra eum inquire specialiter, sicut neque qui corripuit fratrem, ita ut iuste credat eum uere resipuisse, nec probabiliter timetur de lapsu, tenetur eum denunciare, iuxta doctrinam Thom. 2.2.q.33.art.7. Et licet nos dixerimus in d. repet.c. Inter uerba, raro id contingere, putamus tamē nunc frequēter id accidere in illis, qui per solā ignorantia uel simplicē reuerentiā, uel imitationē parentum uel amicorū incident in illā, nec ullum cā docuerūt, quales multos hoc anno Iubileo Romā uenisse à Cōfessariis accepi mus, iuxta resoluta à nobis post alios prēlud. i.n.10.& c.11. n.17. Manual. Cōfess. Quamuis de incidētibus per solā ignorantiam, & simplicitatem dici possit, eos concipere quidem hæreses, hæreticos tamen non esse, nec excommunicatos, modo credāt implicite, quicquid Ecclesia credit. Tertius casus est, criminis læsæ maiestatis humanæ, in quo secundum 94 Barth. in d. extrauag. Ad reprimendum super uerbo Inquisitionis, ante illam etiam Iure Canonico non poterat procedi per inquisitionem, sine infamia, uel notorietate, sed post eam sic. Contra quem sic argui potest. Quod aut præfata extrauag. agit de crimine læsæ maiestatis occulto nondum perpetrato, sed ad perpetrandum parato, uel perpetrato, & consummato, uel cuius iteratio, uel renouatio Iure timeri potest: Et hic casus pertinet etiam ad primum, de obuiandis delictis futuris, in quem finem semper licuit inquirere, ut dictum est: Aut de iam patrato, sed omnino sopito, ita quod nullus timor est interationis, uel renouationis, & hoc casu, uel nulla est notorietas, nec infamia, nec suspicio alicuius particularis criminis læsæ maiestatis humanæ, & hoc casu non potest habere locum inquisitio particularis, ut palam est Aut est suspicio de aliquo crimine particulari, & etiam de eius. Aut hore, & hoc casu locus erat etiam ante iliam, Quia & super alio crimine licebat inquirere cum suspicione, quæ à Iudice pro sufficienti haberetur, ut dicetur infra n. 96. Aut est aliqua suspicio de crimine, & nulla de Authore, & hoc casu locus erat etiā ante illā inquisitioni sp̄ciali, super crimine, cuius facti suspicio erat habita per sufficiēti: Quoad Authoř ē autem omnino occultum, nulli sp̄ciali uidetur locus etiam nunc:

nunc: Ergo nihil noui uidetur illa induxisse, Ad quod tamen responderi potest, præfatam extrauag. nihil noui induxisse quoad casum, in quo crimen erat perpetrandum, ne que quoad perpetratum, casu quo nulla suspicio esset de crimen, nec Authore, neque quo esset aliqua suspicio populi, uel uniuersitatis, de utroque, uel de altero, sed solum quando interueniret aliqua suspicio Iudicis, uel alicuius particularis, uel aliquorum particularium. Volo dicere quod ante illam extrauag. poterat inquire specialiter de præfato crimen noncum patrato, quoad obviandum eius perpetrationi, quoad patratum uero non: esto quod aliquis particularis, uel aliqui particulares scirent, uel suspicarentur de tali crimen, & nunciaretur hoc Iudici per d. cap. Inquisitionis de accusat. & ei concordantia, post illam autem sic: Adde rāmen quod non sufficit suspicio resulans ex eo solo, quod sit factio[n]is suspectæ, uel de genere suspectorum secundum Angel. in l. pen.C. de capiu. quem sequitur Bossius de cri mi. l.æs. mæs. num. 116. Sed quia ex hoc sequitur, quod po test Imperator facere facultatem alicui reuelandi peccatum secretum, & Infamandi alium, urgent argumenta supra n.83. posita, ad probandum contrarium, quibus respondendum est, ut ibi.

95 Quartus casus ponitur communiter ille, in quo proceditur per denunciationem, quæ tamen exceptio inepta videatur, quia, Aut intelligitur de denunciatione Euangelica, de qua in cap. Nouit infra eod. & inepte excipiatur: Tum, quia rebellio illa, qua non audit Ecclesiam, est accusator fictus, ut ex Tho. supra n. 81. declarauimus & ita non proceditur si ne accusatore uero uel ficto: Tum, quia per illam non intenditur peccati punitio, Sed peccatoris emendatio: Aut intelligitur de denunciatione Iudiciali priuata, & inepte excipiatur: Quia, per illam non damnatur denunciatus pena criminis, Sed suum interest denuncianti restituuntur: Aut intelligitur de Canonica, & idem, quia per eam non intenditur punitio criminis, sed solum illius cessatio per not. in d.c. Nouit infra eod. Si autem intelligatur de denunciatione Iudiciali publica, quam aliqui denunciam vocant, non est casus diuersus à ca

su procedendi propter infamia, uel notorietate, quæ sunt accusatores ficti, siue nunciatio fiat per officiale publicum, siue per quemvis alium, quia illa non debet fieri, neque admitti, nisi super notoriis, uel famosis per d.l.ea quidem. C.de accusat. emendatam per Budæum in l. ab accusatione. §. Nunciatores. ff. ad Senatus c. turpil. vbi etiam idem probatur, & tenet glossa utrobiq; recep. per DD. ut ait Salic. in d.l.ea qui dem col. 4. Quod etiā præfatus Sotus determinat de rat. teg. memb. 2. q. 5. in princ. Et consequenter non proceditur sine accusatore uero, uel ficto: Addit tamen recte idem Sotus, qđ Iudex nō debet credere nuncianti, etiamsi sit officialis, quod crimen sit famosum, vel notorium, nisi aliter ei probauerit, & merito, quia alioqui quilibet officialis etiam uilissimus, posset efficere, ut quis etiā innocentissimus, & honoratissimus in custodiam & carcerem coniceretur, & impune grauissime defacto infamaretur, quod est absurdum, & ideo cauendum. l. nam absurdum. ff. de bon. lib. & c: dudum de præb. lib. 6. Aduertendum tamen dici posse, quod licet cum proceditur per denunciationem Euangelicam, aut Iudiciale priuatam, aut Canonicam, non agatur ad punitionem delicti, si tamen per illas vias illud manifestū fiat Iudici, poterit ille ex officio per viam inquisitionis procedere, orsa siue texta noua tela Iudicii, & punire illud, quemadmodum posset, si id Iudiciale constaret, ei per cōfessionem incidenter coram eo factam, vel per generalem inquisitionem, vt supra dictum est, sed tunc non procedet et sine accusatore vero vel ficto, qui erit notorietas, vel infamia resultans ex illa probatione Iudiciale.

96 Quintus casus est, quo inquiritur de morte Domini contra seruos iuxta l. 1. in princip. & .§. Occisorum ff. ad Syllan. & contra nautas nauis submersæ iuxta l: Quoties C.de naufrag. lib. 11. Sed nec hic satis caute ex. i. pitur, Quia in eo cum accusatore ficto nempe infamia, uel illi æquipollenti, scilicet suspicione legis per eam habita pro sufficienti, proceditur. Quia licet nulla infamia hominum particularis sit contra præfatos Nautas uel seruos, est tamen quædam legis suspicio, quæ habetur pro æquipollenti infamia, cōtra eos, ut pulchre declarat Salicet. in d.l. Ea quidem col. 9. Eadem est

est ratio de casu, in quo sine integrâ infamia, à iudice tamen pro sufficienti habita, proceditur, ut aliquando procedi posse determinat Innoc. dilatatus per Antonium, Abbat. & maxime Aret. in c. Curi oporteat de accus. secundum quos iudicis arbitrio relinquitur, quanta debeat esse illa, quod pulchre explicat Salic. ubi sup. col. 9. Admoneo tamen, ut in d. repet. admonui, quod famam non supplet suspicio iudicis, uel alius particularis, sed suspicio populi, uel universitatis, cuius opinio famosa desideratur, nec aliud sentiunt Inno. & prafati, quamquam aliqui recentiores aliud incaute putarunt. Volo dice re, qđ licet nō requiratur fama integra populi, semper tamen requiritur suspicio populi probata, ita qđ non sufficiat suspicio iudicis, uel alius particularis, ad hoc, ut iudex etiā aliquā do arbitretur illām suspicionē dignam, quæ suppleat famam.

Nec obstat quod Bart. in l. fin. ff. de quæst. (quem August. in favore Angel. ubi supra in verb. fama col. 2. allegat) dixit, sufficere indicia ad torquendum, Quia non sequitur ex hoc sufficere illa ad inquirendum, cum longe aliud sit, & à diuersis non fiat illatio. I. Papinianus exuli. ff. de minor. c. Ad audienciam de decim. uel certe intelligi potest de iudiciis iudicialibus siue iudicialiter probatis, quæ quatenus pariumt quandā iuris notorietatem, possent pro infamia, & facto accusatore haberi ut supra n. 65. saluando Gaietanum diximus.

S V M M A R I A.

Henricus de Moerenda authori gratus, & commodus moritur. n. 97.

Iudices multi nimium suo arbitrio utuntur. n. 97. presertim in pœnis. n. 98.

Iudex potest ex causa iuste augere, uel lenare pœnam, sed non alias. n. 99.

Causa augendi uel minuendi pœnam duplex intrinseca, & extrinseca. n. 99.

Misericordia altera iusta, altera iniusta. n. 99.

Christi actio nostra instructio, sed non ad hoc. n. 99.

Princeps cur nequit pro libito remittere pœnam, ut Deus ipse. n. 100.

Iudices rogantium pro reis absoluendis stultos peccare. n. 101.

Iudicare aliqua esse iusta ea ratione præcipua, quod expedirent, multorum causa malorum. n. 102.

Iudicaturus iuste deliberet prius, An licet, & deceat, quam expeditat. n. 102.

Pax Christianissimo ob quæ peccata parui habita forte negatur. n. 103.

Christianissimi unitatem quorum incogitantia discindit. n. 103.

Iustitiam qui facit omnis honorandus, quia Deo acceptus. n. 103.

Duces duo tārū orbi, cuius omnibus, et solis bonis pēst alter, et malis alter. n. 103

Bellum ex utraque parte pro iusto frequenter haberi. n. 103.

Orari quid debeat in hosties. n. 103

97



Igessimotertio loco illaturo mihi ex definitio-
ne præfata iusti iudicij sup. n. 71. posita, grauiter à
multiis iudicibus nostra ætate errari, suo sensui &
arbitrio plus satis in criminum punitione indul-
gentibus, occurunt lachrimæ, tranquillum tur-
barunt ocium, stupet ingenium dura & insperata morte mei
Henrici de Morendal Traiaætensis, nobili de gente prognati,
iuenis qui moribus ambiguum maior an ingenio, qui mihi à
manibus, à pedibus, ab oculis, à studiis, à sacris precibus, & ab
honesta iucundaque confuetudine cum primis omniū, quos
in hunc, quem ago octogessimum secundum annum habui,
mihi iugis, utilis, & dulcis amicus: Cui & si rapto à Deo, ne san-
ctum eius malitia mutaret intellectum, cōgratulari debeam,
absentiam tamen eius, quem pro literularum mearum hæredē
funus habeo, & quo animo vix ferrem, nisi me pietas, & obe-
dientia, qua in Deum esse debeo, merito cogeret meam sen-
silem, & rebellem uoluntatem suę iustissimæ subdire.

Hoc non facto, non forruna cœca, sed diuina prouidentia
in finem sibi nosū disposito præpeditus, præfatam illationem
non dilatabo quantum conceperam, sed tantum dicam. Pri-
mo, peccare multos iudices, dum plus satis suo sensui & arbi-
trio indulgentes transgrediuntur illud c. primi de constit. Ne
mo in actionibus, uel iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum
scilicet canonum authoritate duçatur, & illud Ambrosii
c. iudicet 3. q. 7. bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & pro
posito domesticæ uoluntatis, sed iuxta leges, & lura pronūciat,
statutis iuris obtemperat, non indulget propriæ uoluntati, ni
hil præparatum, & meditatum de domo defert, sed sicut audit,
ita iudicat, & sicut se habet natura, decernit, obsequitur legi-
bus, non aduersatur, examinat causæ merita, non murat, & re-
liqua, & contra c. 1. de re iudic. lib. 6. quatenus habet, quod
iudex Ecclesiasticus, qui contra iustitiā: & conscientiā in gra-
uamen alicuius partis per gratiam, uel per sordes, idest preciū
secundum Archid. ibidem, quicquam fecerit, incurrit suspē-
sionem annalē, & irregularitatem, si ea durante se diuinis in-
gesserit, quam uereor multos incaute incurrere, quæ constitu-
tio licet quoad has poenas iudices seculares non liget, ligat
camen

tamen quoad poenam peccati mortifici, & illati damni restitutio-
nē, vt colligitur ex eius proemio quod lege naturali, & di-
uina omnes Iudices ēt laicos ligante nititur.

98 Secundo, quōd lute quis miretur paucos collatione alio-
rum esse Iudices ēt inferiores, ēt sacerdotes, qui poenas ipsas
ā lute cōmuni, vel particulari statutas sine augmento vel di-
minutione criminosis imponant: Alii quidem per ignorātiā,
& imprudentiam Inst. de oblig. quæ ex quas. delic. nasc. in
princip. Alii per misericordiam contra illud Deut. 19. Non
misereberis illius &c. relat. in c. est iniusta misericordia 23.
q.4. Alii per odiū. & iram augent contra c. Illa & c. ira 11. q. 3.
Alii autem prece, vel precio l.f. C. de poen. Iud. qui malè iud.
Alii ob inanem gloriam nimiae clementiæ, vel seueritatis, cō-
tra illam Philosophicā l. Respiciendū ff. de poen. ibi. Respiciē
dū est iudicati, ne quid aut durius, aut remissius cōstituat, quā
causa depositit, nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria
affectanda est, sed propenso iudicio, prout quæq. res expo-
stulat, statuendum est, hæc ibi. Et omnes contra illam legem
naturalem, diuinam, & humanam, qua iubentur inferiores ser-
uare legem, & præcepia superiorum c. 2. de maior. & obed. l.
Veluti ff. de iust. & iur. & contra leges, quibus tenentur oēs
inferiores imponere poenam ā lute statutam l. 1. §. Sin autem
ff. ad Turpil. & d.c. 1. de constit.

99 Tertio, quōd non excusat eos dicere quod Iudex pōt poenam
augere, & diminuere l. quid ergo §. poena grauior. ff. de
his qui not. infam. & l. Etsi sacerdote C. eodem tit. & l. aut fa-
cta §. f. ff. de poen. translata in c. aut facta de poenit. dist. 1. Nō
inquam hoc eos protegit, quoniā id procedit, quādo subest
iusta causa id faciendi, & non alias, vt tradunt glossæ recep. in
d. §. poena grauior, & in d. l. etsi seuerior: Causa, inquā, vel in
trinseca, quæ verè auget, vel minuit delictū, puta minor artas,
& discretionis paruitas l. auxilium §. in delictis ff. de minor. &
ignorantia c. sicut dignum de homicid. vel extrinseca, puta
notabile obsequium Rēpub. prēstitū l. Non omnis §. f. v. rs.
Qui trāsfugit ff. de re milit. per quem aliquādo putauit posse
diminui poenā verè poenitēti ob egregia in Rēpub. merita nō
solū propria, sed etiā parentū, imo & fratriū. Nō etiā prodest

quod Iacob. 2. misericordia maximè cōmendatur, neq. quod Christi actio est nostra instructio c. Significasti de elect. Et quod Christus ob pœnitētiā remittit peccata c. Magna c. Dixi de pœnit. dist. i. neq. quod remissio pœnæ videatur nulli nocere, & alicui prodeesse, quod nō videtur peccatū arg. c. Deniq: 14. q. 5. & c. vlt. de postul. Non inquā etiā hæc prosunt. Tum quia Iacobus laudat misericordiā iustā, qualis nō est illa, quā vtitur Iudex contra legē sui superioris ut ait Ambros. in d. c. Est iniusta misericordia. Tū quia vt ait Tho. 2. 2. q. 67. art. 4. ad secundū. Alia rō est de Christo Deo, qui ē super oīa & contra quē principaliter delinquitur, & aliud de Iudice inferiori, qui est subiectus legibus, nec cōtra eū principaliter delinquitur. Tū quia vt idē Tho. ibid. subdit, & probatur optimè in d. c. est iniusta, remissio iniusta pœnæ nocet Reip. cuius interest crīmina puniri c. vt famæ de sent. excomm. & lita vulneratus ff. ad leg. Aquil.

100 Quarto quod ex eo, qd̄ de Deo dictū est nō est inferendū Monarchas prō suo libito iustè pœnas reis remittere posse. Tū quia non sūt oīno liberi vt ille, quippè qui subiecti sunt eius legibus naturali, & diuinæ c. Sunt quidā 25. q. 1. c. Quo iure 8. dist. Imo & suis propriis, quoad vim directiuā, licet nō quoad vim coactiuam, secundū Thom. recep. 1. 2. q. 96. art. 5. & probatur per c. Cum omnes de constit. & annot. ei præser- tim per Decium. Tum quia licet possent remittere iustè pœnas, vtendo clementia, quæ est virtus mouens ad remitten- dum iusta de ratione pœnas legales, ut tradit Thom. 2. 2. q. 157. artic u. 2. sicut per Epyceiam temperatur ex equo & bo- no rigor legum scriptarum, ut dictum est supra. num. 71. non tamen pro libito, & libera uoluntate possunt id iuste fa- cere in foro Dei, cui subiiciuntur, licet facta sēpe teneant etiam quoad forum interius, ut utiliter præ aliis declarasse mihi uideor in Comment. de spoliis super c. non liceat 12. q. 2. §. 3. nu. 8.

Quinto, ex his inferri etiam Monarchas posse grauissime peccare condonando delicta præser tim absque consensu eo- rum, quos illa offenderunt, rogantes item eos, ut id fa- ciant, & alios Iudices, ut absque iusta causa pœnas a Iure sta- tutas

tutas remittant : Vnde Possidonius in uita patris nostri Augu
stini fol. 5. pag. 1. innuit eū ab hoc abstinuisse, & raro, & non
sine causa rogare solitum sacerulares potestates, quo reos ab-
soluerent: Quem imitati nō semel negauimus literas pœnarū
deprecatorias ad quosdam nobis amicissimos Iudices, Qua
in re multi summates & infimates grauiter peccant, obnoxè
rogantes, ut sui iuste uel iniuste absoluantur, cum id sit vel-
le, & rogare ut Iudices peccent, quæ maxime non solum Iu-
dicum, sed etiam aliorum Confessariis sunt memoranda .

103 Sexto loco aliquot alia me addere uolentem interrupit
febris a nonnullis pro ultima in me Atropi Catapulta æsti-
mata, a qua iam liber id tantum admonebo, quod non le-
uis fomes est furiarum, quæ iam pridem orbem Christianum
uexant, iudicare multa esse iusta, eo præcipue, quod
nobis, aut nostris amicis uel heris, quibus a consiliis, & mini-
steriis sumus expediant, cum semper meminisse oporteat,
in extrajudicialiter iudicando & deliberando tria per or-
dinem esse consideranda, secundum Innocen. in cap. Ma-
gnæ de uoto, nempe, An liceat secundum equitatem ?
An deceat secundum honestatem ? An expeditat secundum
utilitatem ? Ita quod si non liceat, uel dedeceat, non est
ultra progrediendum, esto expeditat : Si autem liceat &
deceat, tunc demum deliberandum, An expeditat : Qua in
re grauiter Deum offendimus, qui pro affectu potius, quam
pro ratione iustum iudicamus quicquid nobis, uel prædictis
expedire uidemus, idque quod peius est ardenter fieri cupi-
mus & consulimus, & in id opitulamur : Evidem, ut alia
taceam, uidi mea ætate tam in Hispaniis, quam in Galliis plu-
rimos etiam eruditos, & egregie piros sibi, & suæ genti, suis-
que Regibus, & Dominis adeo affectos, ut nil dubitarent in
fauorem eorum, nonnulla falla & iniusta pro ueris & iustis,
& multa incompara pro compertis asserere, utque illis ea
euenerint, uehementer cupere, & ad opitulandum pro ui-
rili paratos se præstare, & quamlibet iuste contradicentibus
uehementer irasci : Vidi etiam, & proh dolor video, unius
Monarchiæ, & gentis homines aliarum Monarchiarum &
gentium subditos, eo solo quod illius uel illius gentis sint,

odisse, turpisque notæ nominibus appellare. Et adeo quidem
 ut ab hinc circiter triginta annis in repet. cap. quando de con-
 103 secr. dist. 1. not. 19. num. 92. scripsierimus uercri nos, ne
 Deus Opt. Max. negaret Christianismo pacem ob ea sola pec-
 cata, quæ subditi Cæsar is in Francum, & subditos eius, &
 contra subditi huius in illum, & subditos eius, male uolen-
 do, conuiciando, & dira imprecando, peccabant, parum
 considerantes illud Pauli ad Galat. 5. Si inuicem morderis,
 uidete ne ab inuicem consumamini, nec illud Pet. Act. 10.
 relat. in c. ad decorem de instit. In omni gente qui facit iusti-
 tiā, acceptus est Deo neque quod duo tantū sunt Duces nem-
 pe Christus Rex Regum, Apocal. 19. cuius signa omnes & so-
 li, cuiuscunque snt gentis boni, sequuntur: & Beemoth
 Cacodæmonum Princeps, cuius meminit Iob. 42. & cap. Prin-
 cipium de poenit. dist. 2. cuius signa omnes, & soli cuiuscun-
 que gentis mali sequuntur, Quæ si consideraremus, facile iu-
 dicaremus multos nostræ gentis esse peiores aliquot aliarum
 gentium, & aliquot illarum meliores aliquot nostræ; & ita
 neminem eo solo, quod sit illius, uel illius gentis, oderi-
 mus, & damnaremus, quod maxime deberent concionan-
 tes & confessarii persuadere, simul deterrere ab orando Deum
 cum uulgo, ut quoquo modo hostes perimantur, & eorum
 ciuitates diripiантur incendaнturque, sed potius, ut resipi-
 scant, male ablata restituant, pro iniuriis illatis satisfa-
 ciant, pacemque piam æquis conditionibus dent & accipiāt,
 ut quos unum baptisma, una fides, & una spes in una eadem
 que Ecclesia Romana coniungit, una etiam charitas uinciat,
 & in gloriam deducat æternam, Amen.

F I N I S.

Summaria:

- Confessarius quem bellantem, & bellum indicentem absoluet, n. 104
- Iustum bellum quod requirat, & iniusta inter se ut differunt, n. 105
- Lex iustitia obligat restituere, non lex charitatis &c. n. 105
- Rex quos debet consulere in bello indicendo. n. 106
- Milites quos excusat ignorantia iniustitie belli. n. 106

Irregu-

Irregularitate de nata ex homicidio quedam pulchre, in Rub. nu. 107.

Iohannes Facchinetus de Nuce præsul laudatus, in Rub. n. 108.

Xhristophorus a Capite Fontium Generalis Minorum laudatus, in Rub. nu. 110.

 T satisfiat Typographo nolenti quod ullæ paginæ maneant albæ: Quæritur circa ea, quæ proxime de bello & discordia sunt tacta.

An Confessarii absoluere possint indifferenter indicentes bella, & bellantes, nisi destiterint, & satisfecerint? Pro cuius resolutione presuppono primo, quod bellum iustum duo requirit secundum Innocen. receptum in cap. olim .1. de restitut. spoliat. nempe, ut indicatur a non recognoscente superiorem, & quod subsit causa iusta indicendi, puta ultio iniuriarum, uel repetitio rerum ablatarum; ut colligitur ex August. in lib. 83. quæst. 2. Aut religionis conseruatio, cap. dominus 23. quæst. 2. Aut sui, suorumque defensio cap. scire eadem causa & quæst. Quod est uerum de bello accepto proprie, ut ait Innocen. in d. cap. olim . num. 8. siue specialiter de bello, quod fit pro Repub. in non subditos: Nam ad iustitiam eius, quod fit pro re priuata: uel publica in subditos, sufficit potestas legitima iuris naturalis, diuini, uel humani ad id faciendum, quale est bellum quo quis se, uel sua iuste defendit cum moderamine inculpatæ tutelæ iuxta d. cap. olim . & l. 1. C. unde ui. Quale item est id, quod Idex inferior indicit damnatis a se iuxta leges sui territorii instar dispositionis cap. 1. de homicid. lib. 6. uel faciendo facultatem occidendi lictori damnatum a se, uel capiendo delinquentem, & percutiendi, & occidendi eum, si restiterit. Quibus addit tertium requisitum Thom. 2. 2. quæst. 40. artic. 1. uidelicet rectam intentionem ad promouendum bonum, ne uitandum malum.

Secundo presuppono, quod mulcum refert, An bellum sit iniustum ex defectu duarum priorum causarum, an ex defectu tertiae, scilicet rectæ intentionis: Nam si est iniustum ex aliqua illarum, indicés, & bellans non solum peccant mortiferè, sed etiam tenentur damna data restituere: si autem so-

lum est iniustum ex defectu recte intentionis; peccant quidem etiam mortiferè, sed non tenentur restituere, si bellum alioqui fuerit iustum, ut utiliter annotauit Gaietan. in d. artic. primo. Vnde lictor occidens mala intentione hominem iustè damnatum a Iudice, licet peccet, non tamen tenetur ad restituendum uestes occisi, quas ex officio lucratur, ut idem ibidem dixit: Cuius, quæ quotidiana est, decisionis Gaientani ratio; qnam ille non reddit; illa est, quod illa sola peccata, quæ fiunt contra leges iustitiae specialis; obligant peccantem ad restituendum, non autem illa, quæ solum uiolant leges charitatis, & aliarum uirtutum, ut diximus in Apo log. lib. de redditib. eccl. quæst. 2. monit. 7. post Alex. Halen. Adrian. & alios ibidem citatos, & etiam in cap. inter uerba. 11. quæst. 3. concl. 6. nu. 714. & in Manual. cap. 24. nū. 7. Et qui bellans peccat ob solam malam intentionem ani mi, non peccat contra leges iustitiae specialis, quæ uersatur specialiter circa actus exteriores, & in reddendo debitum æquale, ut copiosè colligitur ex prædicta Apologia quæst. 2. monit. 1. & 2.

106 Quibus præsuppositis Respondeo ad quæstionem primo, quod confessarius non potest iustè absoluere indicentē bellum iniustum defectu authoritatis, uel iustæ causæ, nec bellantem in eo, nisi destiterit, & damna restituerit, uel nisi iusta ignorantia excusetur, quia uenia non datur nisi correcto cap. venia de reg. iur. lib. 6. nec nisi restituenti .cap. peccatum eodem tit. nec ignorantia, nisi iusta excusat. 1. quæst. 4. §. notandum, & cap. ignorantia cum ei notatis. de reg. iur. lib. 6. Dixi (iniustum defectu authoritatis uel causæ) quia si est iniustum solo defectu recte intentionis, sufficit eam rectificare per dicta in secundo præsupposito. Secundo, quod superior indicens bellum non excusat eo solo, quod credat esse iustum, ut exercitè eruditissimus Franciscus a Victoria in relect. de iure belli num. 22. ait, quia ut ille ibi probat; oportet eum diligenter examinare iustitiam belli, audiendo rationes aduersarii, & cum eo æqua offerente conueniendo, cōsultis in id uiris probis & sapientibus, & ab odio, ira, & cupiditate liberis. Tertio quod, ut idem ibidem ait, Senatores, & alii.

& alii subditi ad deliberandum de bello uocati, non excusantur, nisi diligenter iustitiam belli expendant, & suas sententias liberè dicant: Tum quia, ut ipse sentit, periculum esset Reipub. ut solus Rex, qui potest errare, id definiat: Tum quia, ut ait Innoc. recepus in cap. 1. num. 4. de his quæ sicut a maio. parte cap. habens uocem in capitulo non solum potest, sed tenetur contradicere aliis, qui iniusta decernunt. Quarto, quod nec præfati subditi maiores, nec alii minores scientes bellum indictum esse iniustum, excusantur a peccato, & restitutione, si nauent ei operam, ut exerte diffinit præfatus a Victoria, ubi supra num. 22. & ante illum Ioan. maior in 4. dist. 15. q. 15. col. 6. & 7. & probatur eo, quod contraveniens conscientiæ peccat. c. fin. d'c præscript..

Quinto, quod alii subditi minores excusantur, credendo bellum à suo superiore indictum esse iustum, quia non tenentur ad discutiendas causas iustitiae belli à superiore indicti, per rationes quas idem à victoria subdit. Pro quibus est casus in cap. quid culpatur. 23. q. 1. quatenus habet, quod subditus iubente superiore potest rectè bellare, Si non est ei certum id, quod iubetur, esse contra legem Dei, licet non sit certum esse secundum cius legem, per quem contextum probatur etiam id, quod supra dictum est, subditum, qui scit bellum indictum à superiore esse iniustum, non excusari à peccato, si cum iuuet, quia peccanti consentit & opitulatur, consequenter peccat. c. 1. ad Roman. & c. 1. de offic. deleg. Quod ipsum ait dicendum idem à victoria de his, qui per ignorantiam affectatam, vel crassam ignorantiam iniustitiam belli, & credunt esse iustum: Alioqui enim subditi Regum infidelium pugnantes contra nos excusarentur, & milites crucifigentes Christum Pilato suo superiore iubente, & populus Iudeorum, qui persuasus à maioribus, clamabat: Tolle, tolle, crucifige &c. fuissent excusat: quod est contra omnium sententiam.

107 Sexto ex his inferri illud quotidianum Ioan. maio: ubi supra, scilicet non excusari eos, qui militant Principi alieno, indiscussa causa belli, quia cessat in eo ratio obedientiæ, quæ excusat subditum obediendo in dubio, per prædictum cap. quid culpatur. & trad. à Thom. 2.2. quest. 104. art. 5..

Inter.

Inter prædictum tamen à victoria, & Adrian. quodlib. 2. quest. 2. Videtur dissentio quotidiana de subdito dubitante de iustitia belli à suo superiore indicti, & bellante. Adrianus enim ait, peccare, quia non solum peccat faciens contra conscientiam certam, sed etiam contra conscientiam dubiam, cap. Si quis autē 2. de pœnitent. distinet. 7. adiunctis multis quæ ibi à n. 81. adducimus: A victoria uero dicit, non peccare, eo quod licet dubitet de iustitia belli, certus est tamen, quod debet in dubio superiori obedire. Nobis videtur difficile posse quē dubitare de iustitia præcepti superioris, & nō dubitare de obedientia ei debita, quoad illud. Quarè arbitramur Confessariū debere dicere eiusmodi subdito, vt deponat dubietatē de iniustitia belli, credendo esse iustum, eo quod nescit, nec tenetur scire esse iniustum, & potest probabiliter credere esse iustum propter authoritatem superioris, & id credendo iustè bellare per supradicta.

Septimo, Quod circa dicta præfati à Victoria dubitari potest, quod in aliquot locis præsupponit non licere occidere iustè pugnantes, & in num. 32. concedit, quod licet non possit esse bellum iustum ex virtute parte, Seclusa ignoranția probabili, per eam tamen fieri potest, quod sit verè iustum quoad vnam partem, & probabiliter credatur esse tale, quoad alteram, quo casu virtusque exercitus iustè pugnat, & virtute licet alterius milites iustè occidere. Quarè arbitrator dicta Viri undequaque doctissimi ita concilianda esse, vt non liceat occidi iustè pugnates ab his, qui sciunt, vel debent scire eos iustè pugnare, sed sic ab eis, qui nesciunt eos iustè pugnare, imò probabiliter credunt eos iniustè id facere.

Octauo, Quod ex differentia posita suprà inter bellum iustum ratione defectus iustæ causæ, vel authoritatis, siue potestatis, & inter iniustum ex defectu rectæ intentionis, & ratione redditæ pro illa, scilicet, quod defectus rectæ intentionis non facit actum esse contra legem iustitiae, sed contra leges alterius uirtutis, infertur primo, Quod sicut bellum iniustum solo defectu rectæ intentionis in bellando non obligat ad restitutionem, ita nec bellum iniustum defectu aliarū circumstantiarum, modo adsint potestas, & causa legitima bellan-

bellandi: Tum quia cum defectus recte intentionis non faciat ut actus sit contra leges iustitiae specialis, minus id facient alię circumstantię præsupposita potestate, & causa legitima, Quia circumstantia finis est potior aliis iuxta Thom. recept. in 1. 2. quæst. 7. art. 4. & q. 18. art. 4. & 6. Tum quia defectus circumstantię personæ ad iustè bellandum, non efficit, ut quis bellans in bello alioqui iusto incurrat eam irregularitatem, quam incurreret si bellum alioqui esset iniustum, ut probat cap. penult. de homicid. inductum sic: Certum est, quod omnis bellans, & fauens bello iniusto sit irregularis, si quis occidatur in eo etiam ab alio, & etiam si ipse non percusserit, ut ait Innoc. recept. in d. cap. pen. per cap. sicut dignum. §. fin. eodem tit: At præfatum cap. penult. probat clericum, cui ob circumstantiam personæ non licet pugnare manu propria, etiam in bello iusto, non incurrere irregularitatem, si bellum erat contra infideles inuidentes, licet multi occidantur, & ipse pugnet manu propria, & percutiat aliquos, modo neminem occidat, & non alia ratione, quam quia licet bellum esset iniustum ob circumstantiam personæ, erat tamen iustum ex causa, & legibus iustitiae specialis, ergo propositum 108 sicutum. Quæ inductio uisa fuit placere nuper admodum illustri eidemque eruditissimo, integerrimoque viro, Domino Ioanni Facchinetto de Nuce, Neocastrensi Præsuli Reuerendissimo, multisque nominibus mihi suspicioendo, cum eam coram D. eius Reuerendissima in quendam scopum collimassem.

109 Secundo infertur Conclusio maximi ponderis, & quotidiana, nempè quod homicidium uoluntarium factum auctoritate legitima, & iusta de causa, non parit irregularitatem indisponibilem, de qua in c. miror. 50. dist. & c. 5. de reform. sess. 25. Concil. Trident. licet sit iniustum def. & tu recte intentionis, uel alicuius alias circumstantię personæ, loci, temporis, modi &c. præfatum enim cap. penult. probat iustum causam occidendi concorrente auctoritate legitima id facie di, plurimum excusare ab irregularitate opitulanten occidere etiam iniuste ob circumstantiam personæ, adeo quidem, quod per opitulationem etiam percutiendo, eam non incurrit.

rit: Deinde quod per superius dicta probatur huiusmodi homicidium non esse iniustū legibus iustitiae specialis, nec obligare ad restitutionem.

Tertio, quod sicut non contrahitur Irregularitas nisi in casibus expressis à Iure cap. is qui de senten. excomm. lib. 6. ita à simili videtur, quod Irregularitas indispensabilis non contrahitur nisi in casibus expressis à Iure. At nullo Iure exprimitur Irregularitatem indispensabilem oriri ex homicidio iniusto ob defectum circumstantiæ finis, personæ, vel alias, modo autoritas, & iusta causa occidendi subsint.

110. Postremo quod tam facile & gratiosè fœ. recor. Pius V. dispensabat cum multis præbyteris constitutis in sacris etiam religiosis, qui in illa felicissima contra Turcas habita Victoria anno 1571. occiderunt aliquos eorum, ea ratione, quod licet contra leges suorum ordinum & Religionum peccassent manibus propriis occidendo, & ita incurrisserint irregularitatem iuxta cap. pen. de homicid. non tamen incurserunt præfatam indispensabilem, quia suberat authoritas, & causa legitima. Quem in hoc imitatur Sanctissimus D. N. Greg. xiii. dispēsando sxpè cū his qui in bellis iustis hæreticos vel alios occiderunt.

Tertio infertur rectè respōsum esse de subdiacono qui Iudicem criminalem agens, rectè quoad leges iustitiae specialis condemnauit quosdam ad mortem, incurrisse quidem irregularitatem, sed non præfatam indispensabilem, quia licet occidisset iniuste ob circumstantiam personæ, non tamen ob defectum authoritatis, uel causæ iuste occidendi.

Quarto, quod qui inuasus non potens mortem aliter uitare, occidit inuasorem, mala intentione, & ad uindictam, sed alias cum moderamine inculpatæ tutelæ, licet peccet mortiferè, non tamen incurrit irregularitatem, neque obligationem ad restituendum damnum, quia non occidit illum contra leges iustitiae specialis, imo secundum illas l. ut uim ff. de iustit. & iure. adiuncta Clemen. i. de homicid. & l. i. C. vnde ui. Quibus consequens est, eum qui iuuit inuasum occidente inuasorem, qui aliter non potuit mortem euadere, non fuisse factum irregularē, si ipse non occidit eum, etiā per-

percussit per dict. capit. penult. de homicid. neque si ipse occidisset, incurrisset praefatam irregularitatem indispensabilem, licet sic dispensabilem, argum. gloss. singul. Clemens. i. de homicid.

Quinto, recte responsum fuisse illi, qui comitatus fuit litigatores missos a prætore ad capiendum, & occidendum Banitos, quod nullam incurrit irregularitatem, si propriis manibus non occidit, neque indispensabilem, si propriis manibus id fecit, etiam si clericus fuerit, quia non occidit iniuste ob defectum authoritatis, uel causæ, sed ob circumstantiam personæ, & ita non contra leges iustitiae specialis, sed alias charitatis, uel sui ordinis. Quæ omnia sunt addenda nostro Manuali Confess. cap. 29. num. 220.

ANTA de Iudiciis usurpati, iniustis, & inordinatis prolocutus, monco lectorem, operæ se precium factum, si legerit aureum de fidei maiorum defensione librum, quem nuper ædidiit Pientissimus, idemque eruditissimus, & Generalis Illustrissimi ordinis Franciscanorum, Pater in Christo Reuerendissimus Christophorus a Capite Fontium, in quo perspicue demonstrat, plurimos circa iudicium de fide Catholica nostri temporis hæreticorum abusus: primo usurpando sibi iudicium: Secundo malè recusando præfules, & Inquisidores: Tertio respundo, & maledictis incessendo Pontificem Max. Leonem decimum, in id ab eisdem sponte delectum: Quarto detrahendo Parisiensi, & Louaniensi Academiis; ad quas a Leone impudenter appellarent: Quinto, eleuando autoritatem Conciliorum Oecumenicorum, & aliorum, posteaquam se illis arbitrios promiserunt: Sexto, recurrente ad Cæsarem, & alios Principes laicos quibus cognitio de spiritualibus, præsertim de hæresibus ueturatur: Septimo, renuendo bonam partem eorum tanquam incompetentem, eo solo quod eos condemnauit: Octauo, ad se solos solumque suum iudicium recurrente, dum solum populum a se deceptum, & solam scripturam sacram solo suo proprio modo intellectam, omnibus omnium antiquorum interpretum reiectis scholiis iudicem faciant: Nono quod iudicant, & iudicare procurant inauditis cathollicis,

sicis , nulla eis se defendendi copia facta: Decimo quod inflamant iudices, quos serenos esse oportet, contra catholicos imponendo eis multa , quæ cane peius & angue oderunt . Vndecimo, Quod iudicibus in id a se delectis duo contraria persuadent , nempè, quod sufficiat sibi ad hoc iudicium cognitio linguarum , uel lectio alicuius eorum libelli , uel auditio concionis, & quod non sufficerit in id tota doctrina Pontificum , Conciliorum , Academiarum , & innumerorum doctorum factorum , & scholasticorum , qui a 1500. annis & amplius floruerunt , & alia quæ dulcius inde colligas .



RELECTIO C. NOVIT DE IUDICIIS
NON MINVS SVBLIMIS QVAM CELE-
bris, pronunciata anno 1548. coram frequentissimo, erudi-
tissimo, ac maxime illustri auditorio in inclita Lusitanæ
Conimbrica per Martinum ab Azpilcueta Iureconsultum
Nauarum, tunc eius in sacra facultate Canonum primariæ
functionis gymnastam, decennio uero ante, eodem munere
in præclarissima Salmantica functum, & ante annos circiter
20. iam iubilatum seu rude donatum. nunc autem hoc an-
no 1575. maxima de causa in Vrbe residentem &
in sacræ pænitentiariæ Prætorio Doctoris
Decretorum officio fungentem.

PRÆMISSO IN RUBRICAM EIVSDEM TIT. AVCTA-
riouli, quotidano, & resoluto, additis item sub hoc signo * quibusdam,
que in hac secunda editione occurserunt, prefati lectoris
& authoris etati apta.

P R A E F A T I O.

DE MORE huius nostræ (quæ mire floret) Aca-
demia interpretaturus iterum unum è capitulis,
quæ superiori anno in hoc tit. de iudic. inter-
prætabamus: elegi, amplissime rector, Patres & se-
natores grauissimi, magnificentissima, & cuius-
que ordinis ornatissima concio. c. hoc Nouit. de iudiciis
multis nominibus celebre, stylo alio, quam solito relegen-
dum. Cum enim nunquam antehac, neque in Galiiis, ne-
que in Hispaniis plures, quam singulos scopos singulis relectio-
nibus pronunciandis præfixerimus: Huic tamen, ob uarieta-
tem rerum disputandarum, varios præstiruemus, senexq. novo
vtar stylo. qui tum demum fœlix erit, si tu, O optime IESV,
idemq. maxime beatus, rem tuam otsis, prosperos præstite-
ris successus: præstiteris noscere hoc caput, quod omnia te

A nosse,

Prefatio.

2

nōsse, nihilq. latere iam pridem clamat. Quod te prestaturum
haud dubito, si tua mater illa vna θεοτοκίσ, illa vna παρτούμενη
illa omnium vnum commune asylum Maria, cum Petro & Pau-
lo quibus hic dies sacer est, nobis te in hoc conciliarit: quam,
vt de more faciat, supplex oro & flagito.

Hac ope fore spero, ne post, xviii. authorum excelsa,
quæ ipsis immortalem gloriam pepererunt, commentaria,
nostra hæc, licet humilia, cuiquam videantur superua-
canea, & quibus actum (quod aiunt) agatur: Tametsi agno-
scamus, quanto interuallo alii eorum, in alijs nos superent,
& meminerimus vnum eorum Andream Siculum virum omniū
consensu omnigena eruditione clarum, affirmare hoc capitu-
lum esse famosum, quotidianum, & elegans, egereq. ad sui
enucleationem summo, & excenso Doctore, & in vtraque cen-
sura facile principe: imo, & vt nobis videtur, diuinariu[m] le-
gum mediocriter saltem perito.

Dicturnus autem de rebus summis, iisdemq. summe contro-
uersis, iam non tam vt disputem, quod iunior faciebam, quam
vt, veluti pronunciem, restatum esse volo, (quod nunquam
non soleo facere, etiam cum sermo futurus est de rebus humi-
libus, iisdemq. extra contiouersiam positis) ea me videlicet
mente dicturum, ut nolim vel transuersum (vt aiunt) vnguem
secedere a Romana, quæ vna est omnium magistra, ecclesia,
neque ab huius Academiæ, ac vestra, quæ grauissima est,
censura.

*I. Notabile super exordio, scilicet, Nouit ille, qui
nihil ignorat:*

S V M M A R I A.

- 1 Deum omnia nosse quadruplici iure probatur.
- 2 Fratrum minorum templa, cur præ se ferre debeant paupertatem?
- 3 Natura naturans Deus.
- 4 Dei conspectum nemo fugere potest. Ne claret eum etiam cogitans. n. 5.
- 5 Scientia Dei non ponit necessitatem futurorum.

Deus:

- 7 Deus est sua ipsa rerum omnium notitia.
 8 Dei scientiam non augeri. Nec uariari. nu. 9.
 10 Dei scientiam parum meminit qui. nu. 10. & 11.
 12 Dei scientiam meminisse saluberrimum.
 13 Frustra petit, quæ quis intus habet.
 14 Interrogans non videtur fateri, nisi. &c.
 15 Peccata Deo abscondita.
 16 Deus scinit olim, quod nunc nescit: & quomodo Deus intelligit, quod Deus non intelligit. nu. 22.
 17 Scire more humano & scire more divino.
 18 Interrogare ut discas, & ut aliis discat. &c.
 19 Scire secundum presentem iustitiam: & scire secundum aeternam.
 21 Scit C H R I S T V S ut homo: & ut Deus.



T quanquam ex supradictis. 18. commentantibus soli sex, & hii quidem leuiter tetigerint hoc exordium, scilicet, Ioh. Andr. Petrus ab Anch. Anto nius a Butr. Panormitan. Andr. Sicul. & Decius: Ipse tamen altius id tractandum duxi, quo etiam intra iudiciorum strepitus contemplantes illam interminam Dei scientiam maiore amore, ac timore id, quod apud Prudentium est recolamus: Speculator astat desuper, qui nos diebus omnibus, actusque nostros prospicit a luce prima in vesperum. Ergo sex prædictorum mentem sequutus colligo primo, t Deum omnia nosse. Quod iure Pontificio, Cælareo, ac diuino, tā supernaturali, quam naturali, demonstratur. Primo quidem Pontificio, eo, quod Inno. 3. hic sentiens de Deo, ait, nihil eum ignorare. Qui idem in. c. Anobis. 2. de sententia excōmunic. dixit, ipsum nec fallere, nec falli posse: licet ecclesia s̄æpe fallatur, & fallat. Quodque Urbanus in. c. Erubescant. 32. d. appellat, eum secretorum cognitorem. Et Euaristus, omnia nuda: & aperta esse oculis eius pronunciat, in c. Deus omni potens. 2. q. 1. Et Augustinus. c. in Deus quando. 24. q. 3. ait, ipsum nec fallere qualitatem peccati, nec peccantis affectum. Sed & Nicolaus. 3. in c. Fundamenta. §. Proinde de elect. lib. 6. appellat, Deum infallibilem, & omnia scientem. Qua ratione concilium Viennense determinauit, in Clem. Exiui. de verb. 2 signifi. §. Quamuis, t fratribus minoribus non debere esse ampla templa, nec nimium multa, vel nimium preciosa orna menta,

menta , quibus Deo seruiāt: nec esse cur illa illi curent , quando Deus etiam absconditorum est cognitor , & potius respicit animum , quam manum .

II. Idipsum Ostendo iure Cæsareo , eo quod Paulus iure-
consultus in I. Sed & si restituatur . §. si. ff. de iudic. ait , in
3 natura omnia certa esse . † . Naturam autem , de qua ille agit ,
dicebat glo. I. Respiciendum .ff. Si certum pe. esse naturam
naturantem , hoc est , Deum ipsum , & omnia scire . Quia mil-
le anni ante oculos suos , tamquam dies hesterna , quæ p̄æte-
riūt . Et in I. 1. in princi. C. de vet. iur. enu. ait Iustinianus ,
A prouidentia diuina totius mundi elementa processisse , & in
orbe terrarum disposita esse : nouit ergo illa Deus . Quia ni-
hil volitum vel dispositum , quin prius cogitum , secundum Au-
gustinum . Glo. item , per iocum (ut ipse credo) narrat in I. 2. §. i.
ff. de orig. iur. de illo Græco , qui nūtu disputatus cum Roma-
no , manum leuauit apertam , innuens , omnia esse Deo aperta .

III. Idem probatur iure diuino supernaturaliter dato , eo ,
quod . i. Regum. c. 2. Deus dicitur scientiarum Dominus , &
cui p̄eprantur cogitationes . Et . c. xvi. Ipse dicitur intueri
etiam corda . Et apud Paulum ad Hebreos . 4 . Nulla creatura
est inuisibilis ipsi . Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius .
Et prophetarum clarissimus Psal. 138 . alloquens Deum , aie-
bat : Quo ibo a spiritu tuo , & quo a facie tua fugiam : Si ascen-
dero in cœlum tu illuc es : Si descendero in infernum ades .
Cui alludens glo. c. Et venit. de pœ. d. i. meminit illud : Quo
fugis Encelade , quascunque accesseris oras , sub Ioue semper
eris , bene fac si viuere queris .

IV. Idipsum probatur iure naturali , eo , quod Thales
apud Laerium . interrogatus , an lateret Deum iniuste agens ,
respondit † : nec cogitans quidem . Et Aristoteles . li. de bo-
fortu. Deum (inquit) videre præsentia , præterita , & futura .
Homerus item Odisseæ . 4. οὐδὲ πατταὶ ταῖς ; Dii omnia sciunt .
Sed & apud Maronem Ilioneus monebat Cartaginenses : Si
genus humanum , & mortalia temnitis arma : At sperate deos
memores fandi , atque nefandi . Facit & illud celebre : Deus
est , cuius centrum vbiique est , & circumferentia nusquam .

V. Confirmatur , eo , quod Deus nouit & futura contin-
gentia .

gentia. Et non solum in suis causis: sed etiam in scipiosis, iuxta illud Psal. 37. Qui fixit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. scilicet hominum, quorum opera maxime sunt contingentia. Quippe quae manant a libero arbitrio. c. Si enim. scilicet Liberi enim arbitrii. de pœn. d. 2. Et quod maxime admirandum est, ita illa cognoscit, tamen ut sua præscientia non efficiat illa necessaria: sed pura contingentia manent, iuxta Magistrum, & alios in. i. dist. 38. & Thom. i. par. q. 14. arti. 13.

VII. Probatur eo, quod Deus Opt. Max. non solum habet omnium notitiam, tamen imo est ipsa sui, & omnium una simplicissima notitia. Hoc est enim Deo esse, quod sapientem esse, secundum Augusti. lib. 7. de Trin. Nam quicquid in Deo est, Deus ipse tantum est. c. Productior. de pœn. d. 3. Probatur in. c. Firmiter. verbo simplex. de summa Trinitate. ubi gl. mihi singularis ait, in Deo neque esse compositionem illam, quae est partis ad partem: nec illam, quae formæ ad subiectum: nec illam, quae generis ad speciem.

Ex quibus infertur primo, illud Petri Lombardi recentiorum theologorum ducis & aurigæ, in li. i. distinct. 39. scilicet Diuinam scientiam nec augeri quidem, nec minui: sicut nec sua ipsa essentia augetur, vel minuitur.

VIII. Infertur illam quam demiramus, Dei omniscientiam stabilem esse, atque manentem, tamen nullaque ex parte variari, docente Iacobo. i. c. sue epistolæ catholicæ: Apud Deum non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Quod etiam ad eius scientiam pertinere ostendit Tho. i. part. q. 14. art. 15.

IX. Infertur, incogitantiam illam nostram Christianorum, qua tamen multa peccata secreto peccamus, minime publice illa peccaturi, ad quandam impietatis speciem, vel certe pietatis nonnullam obliuionem quodammodo accedere. Qui enim credimus firmiter, & simpliciter confitemur, omnia etiam abditissima quæque, nuda esse Deo, & aperta: qua fronte occulite plus, quam palam audemus peccare?

X. Infertur, operæ pretium facturum cum, qui meditabitur illud Ecclesiastici. c. 23. Omnis homo tamen, qui transgeditur, dicens: quis me videret tenebræ circundant, & parietes

cooperiunt me, & non intelligit, quod omnia videt oculus Dei: nec cognouit quoniam oculi Domini sole ipso lucidiores sunt, circumspicientes omnes vias hominum, & eorum corda intuentes: hic in plateis ciuitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur, & erit dedecus omnibus hominibus, eo, quod non intellexerit timorem Dei.

x2 V. Infertur † esse saluberrimum nobis sæpe versare mente, illud patris nostri Aug. in suę regulæ. c. 3. Nempe: Nec putare debet, qui peccat se non videri, cum hoc facit: videtur enim omnino, & a quibus se videri non arbitratur. Sed & si lateat & a nemine hominum videatur, quid faciat de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? An ideo putandus est non videre: quia tanto videt patientius, quanto sapientius?

Contra tamen hoc notabile, ac omnia ex eo illata faciunt quatuor. Primum, quod Genesios. 18. c. narratur, dixisse Dominum Abrahamo: Descendam & videbo an clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, ut sciam: Et transfertur in. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & in. c. Qualiter. 2. de accusationi. Ecce, quod descendit, ut videat; & scita ergo ante nesciebat †. Frustra enim labores, si quæ petis intus habes. c. Examinata. de iudici. Instit. de actioni. §. 1.

II. Facit, quod qui interrogat, ignorare videtur interrogata. c. Iudicantem: 30. q. 5. l. 1. ff. de interrog. action. ubi. **x4** Bar. num. 6. ait: Interrogationem fieri ad certificationem. † & ideo non videri fateri, quisquis interrogat, secundum eundem ibidem: & in l. 2. §. Quod obseruari. C. de iureiurand. prop. cal. dan. num. 19. & Panor. in. c. fi. col. 5. de confess. quicquid glo. & Archid. dixerint in. c. fi. 30. q. 1. & Anto. in. d. c. fi. Quorum opinio posset procedere in interrogatione facta interroganti, iuxta. l. 1. §. Siquis ita. ff. de verb. oblig. vel cum sit perditionem, quæ rei veritatem præsupponat, ut est illa, nonne? Nonne. de præsump. At multis sacræ paginæ locis legimus, Deum interrogasse simpliciter non præcedente interrogatione, nec dictione, nonne, adiuncta. Interrogauit enim Adamum, Genes. 3. vbi es? Et Paulo inferius Euam: Quare hoc fecisti? Quæ respondit: Serpens decepit me. c. Serpens. de poen. d. 1. Et Genes. 4. interrogat Cainum: Vbi est Abel frater

ter tuus? Et rursum: Quid fecisti? c. Voluissent. s. Denique: de pœn. dist. 1. Et Lucæ. 16. Quid audio de te? redde rationem villicationis tuæ. Quod item habetur in. d. c. Qualiter, & Match. 16. interrogat Dominus discipulos: Quem dicunt homines esse filium hominis? Et adulteram mulierem interrogat Iohan. 8. Interrogat & Iohan. 6. Philippum: Vnde ememus panes, ut manducent hi? Et alibi sæpe. Quod longum esset referre: Quomodo ergo omnia nota sunt Deo?

III. Facit illud Psal. 1. Nouit dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit: Quippe quod ignorat Dominus. Et Prouerb. 4. Vias, quæ a dextris sunt nouit Dominus: peruersæ autem sunt, quæ a sinistris assistunt. Et Matihæi. 7. comminatus est dominus dicturum se priuis hominibus, etiam eis, qui iphius nomine ciecerunt dæmonia: vel futura prænunciarunt, se minime nosse illos. Quod habetui in. c. Prophetavit. 1. q. 1. Et eiusdem Matih. 25. Virginibus fatuis responderetur a sponfo, nempe a Deo: nescio vos. Et Psalm. 16. scribitur: De absconditis tuis adimpletus est venter eorum: † que abscondita interprætatur ibi Augustinus, esse peccata. Et psal. 137. Alta, hoc est superba, Deus a longe, siue e longinquo, & ita confuso quodam modo cognoscere significatur.

IV. Quod multa prænunciauit Deus per prophetas, quæ non euenerunt. Quale est illud Esaïæ. 38. Dispone domini tuæ Ezechia: quia morieris, & non viues: Qui tamen 15. annis postea vixit. Quale illud Ionæ. c. 3. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Quæ tamen non fuit subuersa etiam post. 100. annos. Sed & timeret Daniel. c. 9. & apud Hiero. in. c. Prædixit. de pœn. d. 1. ne adimpleatur instauratio populi Israel, quam Hieremias prænunciauit. c. 29. At cur timeret alter propheta, ne quod alter prænunciarat. eueniret, si verum est, Deum neque falli, nec fallere posse, & præscire omnia, & eam instaurationem reuelasse? Et Augustinus ait in lib. 83. questio: Neque quicquam extra se Deus intuetur. Quo significari videtur, Deum sese solum, & non alia cognoscere: Et Ambros. ait in. c. Nouit. de peni. d. 1. Nam dominus scit mutare sententiam, si tu vis emendare vitam. Cui cōsentit

sentit concilium Toletanum in. c. Incommutabilis. 22. q. 4. Ac sententiæ mutatio scientiæ varietatem arguere videtur. Magister item in distinctio. 42. c. fin. dixit. quod ante mundum creatum sciebat Deus illum creandum : ante CHRISTVM natum ipsum nasciturum : Quæ tamen hodie nescit : Quippe quæ falsa sunt, & falsa sciri nequeunt, iuxta singulae c. Quamuis. 38. d. Denique Tho. ait. 1. par. q. 14. ar. 16. non esse hanc concedendam : Quicquid Deus antea sciuit, & hodie scit . Et Nominalium princeps, ingenio vir accerrimo in centilogio suo, 16 in conclusione. 83. concludet, posse t Deum aliquid sci-
re , quod nunc non scit, neque vñquam sciuit . & hoc sine mutatione aliqua sui , vel alius alterius . Maius est paradoxum illud eiusdem , in eodem libello conclusione 41 . Deum intelligere aliquid , quod Deus non intelligit . Seire Deum . aliquid , quod Deus non scit . Et Deum ignorare aliquid, quod Deus non ignorat .

His quatuor nubeculis , veluti obtebratur splendentissima illa veritas , Deum omnia nosse . In quibus dispellendis , latus aperiebatur dicendi campus : Sed ne vos , emunctissima nare viros , plus satis remorct : neque vos rædio afficiat per diuisio-
num , perque distinctionum syrtes impedita oratio , consilium fuit , solutionum tantum seminaria iacere , magis quam explicare .

17 Ad primum respondeo t , aliud esse , nosse more humano , de quo loquuntur citata in eo : Aliud nosse more diuino , vt Thomas a Vio annotauit in . c. 18 . Genes. de quo nostrum notabile intelligitur , vt in simili dicitur in . c. Omnis. de pœn. & remiss. cum ei annotatis .

18 Ad. 2. respondeo t , aliud esse , interrogare , vt discat interro-
gans , quod nunquam fecit Deus omniscius : Aliud interro-
gare , vt interrogatus discat , aut agnoscat , aut vt alia inde viti-
litas nascatur . Quod frequenter fecisse illum , argumentum probat , nec nostrum notabile negat , vt distinxit doctus Abu-
len . Matthxi. 16. q. 19. Pro quo primus omnium (ni fallor) . expendo id , quod annotauit Grati . in. c. fi. in fine. 26. q. 5: in hoc mihi singulari .

19 Ad. 3. respondeo t , aliud esse nosse simul & approbare aliquæ
quod

Primum Notab.

9

quod erga omnia non facere Deum: probat argumentum: Aliud ea tantum nosse, siue probes, siue non, iuxta Cassiodorum Psal. 16. & Petrum Lombard. in primo Sent. dist. 36: de quo agit notab. nostrum.

- 20 Ad quarti principium, & dictum Ambrosii respondeo †, aliud esse scire res in suis causis naturalibus vel meritis humanis, secundum præsentem iustitiam: de quo intelligenda sunt citata in argumento, aliud eas scire, secundum æternam præscientiam, de quo nostrum notabile, ut colligitur ex Tho. 2. Sec. q. 171. art. 6. Pro quo duo mihi sunt text. singulares, in hoc vix unquam alligati: Alter in. c. Peccatum. s. Eorum. de pœn. d. 4. Alter in. c. In domo. s. Sic itaque, eadem distin.
- 21 Ad dicta Magistri & Thomæ respondeo, † aliud esse, res, quæ sciuntur a Deo mutari. & elegia, quæ de ipsis dicuntur modo esse vera, modo falsa: quod eorum dicta probant: Aliud eum, qui scit illa, mutari, secundum Thomam. 1. part. q. 14. art. 15. Quod Deo repugnare nostrum notabile præsupponit.
- 22 Ad reliqua respondeo † aliud esse CHRISTVM omnipotentem, siue Deum & hominem, quatenus est Deus scire omnia: quod habet nostrum notabile: Aliud eum, quatenus est homo nescire aliqua, puta illa, quæ non sunt in potentia creaturæ, sed solius Dei, quæ sunt infinita & nesciuntur ab eius anima benedictissima, secundum multos, in quibus est Tho. 3. parte. q. 10. art. 3. vel saltem non sciuntur actu intuitive ac distinete, secundum alios: & ita multa quæ scit Deus: & CHRISTVS in quantum Deus, nescit ea in quantum homo: vel non ita ut ille, vel saltem potest ea nescire: iuxta ea, quæ traduntur ab antiquioribus, & recentioribus in. 2. lib. sent. d. 14. & Th. vbi supra, & alii alibi. Quod probant quædam citata in hoc argumento. 4. de quo non agit nostrum notabile. Et aliud scire aliquid stricte, hoc est noscere esse verum. Quod non conuenit nisi compositis & veris, de quo quædam in argumento citata intelliguntur: Aliud scire large, hoc est, simpliciter nosse, siue sit simplex, siue non, siue compositum verum, siue non, quod omnibus etiam falsis & simplicibus est commune, iuxta Nominalium principem lib. 1 Senten. d. 39. de quo nostrum notabile agit.

*II. Notabile collectum ex eodem exordio, scilicet,
Nouit ille, qui nihil ignorat.*

S U M M A R I A.

- 1 *Creatura nulla omnia scie.*
- 2 *Aetas nulla sera ad descendum.*
- 3 *Paulus iussit Hispanias.*
- 4 *Discere conuenit etiam in fossam pedem habenti.*
- 5 *Scit nemo an sit amore, vel odio dignus.*
- 6 *Socrates cur sapiens iudicatus.*
- 7 *Aristoteles summus in omni scientia uix.*
- 8 *Marcus Varrro incredibilis lector, & scriptor.*
- 9 *Futura nec homo, nec angelus in se se nouit: neque cordis cogitatus, si nolit cogitans num. 10. &c. 11.*
- 12 *Discere non licet a quolibet.*
- 13 *Consulere demones sapit heresim quando.*
- 14 *Librum fabulosum legere quibus ueritum nu. 15.*
- 16 *Astrologi qui fugandi.*
- 17 *Sciri potest quem ad malum inclinari. non tamen. &c.*
- 18 *Astrologia non est prohibita contra Philip. Dec.*
- 19 *Anima C H R I S T I omnia nouit, etiam preterita, & futura. nu. 20. Et possibilia, quæ non sunt, nec erunt, nec fuerunt. nu. 21. Et ita omnia, quæ Dei: - licet non eque perfette. nu. 22.*
- 23 *Iudicium precedit cognitionem.*
- 24 *Noscere faciens aliquando, noscere dicitur.*
- 25 *Demones prænuntianæ futura.*
- 26 *Prophetam habet demon: Et quo disset a Dei. num. 27. Et quos cogitatus sciatis. 28.*
- 29 *Sybille prænunciarunt, & anseruatae.*
- 30 *Vita hominis militia, & qui duces eius.*
- 31 *Angelorum familiaritas, quid presagiet.*
- 32 *Demon nunquam prodest: nisi ut obfit.*



X hoc eodem exordio colligitur per locum ab speciali & rursus, nullam creaturam omnia scire: Quod etiam testimoniiis iuris canonici, cæsarei, & diuini tam naturaliter, quam supernaturaliter dati confirmari potest. Et primo quidem Innocentius tertius pro epitheto creatoris summi Dei proprio, & peculiari posuit hic, nihil ignorans: Ergo nulli creaturæ id conuenit. Quod enim est proprium alicuius, non communicatur alteri: sed illi soli conuenit, tex. & ibi annotant Bart. & Alberi. in. l. 2. ff. de adoptio. Tum, quia Augustinus tot annorum episcopus aiebat, se paratum, discere a collega etiam annicu-
lo. c. Si habens. 24. q. 3. vbi gl. securus Senecam ait, nullam æratem seram esse ad descendum. Et Hieronymus in . c. fi. 36. dist. testatur etiam Moysen Episcoporum exemplar, solitum fuisse discere in tabernaculo Domini inde sinenter a Deo, legendo diuinæ scripturas, quod postea populum doceret. Et ita nec Moyses, nec episcopi omnia sciebant: qui tamen præsumuntur omnium aliorum scientissimi: Quippe quorum labia dicuntur custodire scientiam, & ex quorum ore legis interpretatio quærenda est. iuxta Malachiam . c. 2. & . c. Qui ecclesiasticis. 36. d. Tum, quia beatus Paulus, quamvis spiritu Dei plenus, falsus fuit, cum ad Rom. 15. se visurum Hispanos credidit, c. Beatus
3 Paulus. 22. q. 2. Tameisi & Faber Stapulen. in contraria sic opinione, cum Isidoro, & aliquot aliis in. d. c. 15. Quæ magna est Hispaniarum gloria. Et Ecclesiam errare posse, ac falli, dicitur in. c. A nobis. 2. de sent. exc. exceptis his, quæ sunt morum & fidei. c. Maiores. 24. q. 1. Cum ergo nec ecclesia, nec episcopi, nec sancti scient omnia, consequens fuerit, neminem illa scire.

II. Idem probatur testimoniiis iuris cæsarei: Nam . l. 2 . §. Sed neque. C. de ver. iur. Enuncl. singulariter habet posse plures maiores, & doctiores errare in eo, quod vni minori, & indoctori reuelatur. Et in. §. Si quid haberet, Omniuni habere memoriam, & in nullo errare diuinitatis, & non mortalitatis esse.
3 Et Julianus optabat & discere etiam altero pede iam in fossam inclusa . l. Apud Julianum. ff. de fideicom. lib. Quæ palam præ supponunt, neminem omnia scire.

III. Idem confirmatur testimonio diuino supernaturaliter dato, Tum quia. 1. Reg. 2. c. Deus dicitur scientiarum dominus; & significatur neminem, præter ipsum omnia nosse. Et Hieremias relatus in. c. In scripturis. 8. q. 1. respondit A, a, a, Domine nescio loqui, quia puer ego sum: Hiere. c. 1. Tum, quia, que humana miseria est, nemo nouit, an sit amore Dei dignus, c. 9. Ecclesiastes. Quod paulopost, hæc verba habet. Nescit homo suum finem. Sed sicut pisces capiuntur homo, & aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur, homines in tempore malo.* Dubitauit hic quidam cur Author dicat hic solum nescire quem An sit amore Dei dignus, cum tamen in prædicto c. 9. dicatur, hominem nescire, utrum amore an odio dignus sit: Huic respondeatur ideo id factum esse, quia facile quis scire potest se odio Dei dignum, cum possit quis scire se mortali peccato infectum, quod qui scit, consequenter nouit se odio Dei dignum. cum per quodlibet peccatum mortiferum incurritur illud: Iacob. 2. ibi. quicunque offendit in uno, factus est omnium reus, Tradit Thom. post & ante alios. 2. 2. q. 24. art. 12. & addit hinc desumi ineuitabile telum contra Nouellos hereticos, dicentes, posse quem habere certitudinem infallibilem de statu suo in gratia Dei, contra quos nuper Concil. Tridentini protulit canon. 15. & 16. ses. 6. *

III. Id ipsum probatur testimonio diuino naturaliter indi-
 6 to. Socrates enim & unus Apollinis oraculo iudicatus sapiens: Hoc unum se scire asserebat, quod nihil sciret. Ideoque se interprætabatur sapientem iudicatum ab Apolline, quod quamvis omnium rerum ignorantiam cum cæteris haberet communem: eo nomine tamen illos superabat, quod suam inscitiam agnosceret. + Etiam Aristoteles (quem Plinius.lib. 8 .c. 6. appellavit summum in omni scientia virum) confessus est. 2. Metaphys. Intellectum nostrum se habere ad naturæ manifestissima: sicut
 7 oculus noctuæ se habet ad lucem diei. Et Marcus varro (qui authore Terentiano, tanta legit, ut aliquid ei vacasse scribere miremur: & tam multa scripsit, ut vix quicquam ei vacasse legere credamus) dicebat omnia scire impossibile pauca vero mini me laudabile. Et Horatius Carminum. lib. 4. Ode. 4. Nec sci-
 re fas est omnia.

V. probatur, eo quod neque homo ; neque angelus nō
uit ī futura ī sese , Quia hoc proprium Dei est , iuxta illud
Esaiae, 41. Annunciate nobis ventura , & sciemus quod dii
estis . Et Eccl. 8. scribitur , multam esse afflictionem hominis ,
qui præterita ignorat , & futura nullo potest scire nuncio . Di-
xi (in sese) Quia in suis causis possunt cognosci aliqua ex il-
lis etiam ab homine , vt docebat Tho. i. par. q. 8. arti. 4.
multo magis ab angel. secundum eundem . q. 7. artic. 3.

VI. probatur , eo quod multa sunt etiam praesentia t. quæ
non modo nesciuntur ab angelo & homine : sed nec sciri pos-
sunt ordinarie ab eis , cogitationes nempe & affectus illius ,
qui nolit ea sciri ab aliqua creatura : nec prodit illa verbo ,
gestu , vel alio signo , Est enim & hoc Deo proprium iuxta Hie-
remiam . c. 17. Prauum est cor hominis , & inscrutabile , &
quis cognoscit illud ? Ego Dominus scrutans corda & probans
renes . Et tex. ad litteram est in . c. Sciendum . 26. q. 3. Do-
cuit Tho. i. par. q. 12. art. 8. q. 57. artic. 4. quamuis Augu-
stinus dubitasse videretur in . c. si. ead. causs. & quest. Duxi
(cogitationes & affectus eius , qui nolit ea sciri ab alio)

Nam cogitatus , & voluntates illius , qui vult ea patere an-
gelo , videri possunt ab ipso & cognosci , vt sentit idem Tho:
in eod. art. vers. Ad primum . Duxi etiam (nec prodit illa ver-
bo aliquo . &c.) Quia non solum angelus : sed etiam homo
cognoscere potest cogitatus & affectus alterius , cum per ali-
qua signa vel affectus , produntur , iuxta illud : Intima per mo-
res cognoscimus exteriores . § . Pauonum . Inst. de retuī diuisi .
Et illud : Frons est animi mutabilis index . Et illud : Inequalitas
corporis inæqualitatem indicat mentis . 41. d. c. si. Et illud Eccle-
siastici . 9. Amicus corporis , & risus hominis enunciant de illo .

VII. probatur , eo quod nec exteriora etiam quæ sunt :
dum absunt , intueri homo potest : nec angelus ipse , nisi sit eis
satis propinquus , secundum Guiliel. Ocam . 2. lib. in q. 16. super
sent. quem sequuntur nouiores Tumbingenses in . 2. distin. 4.
quicquid vterque Thomas senserit . q. 47.

VIII. probatur eo , quod non solum ignoramus multa : sed
etiam veramur ne a quouis illa discamus . Non enim licet vlla
discere a cacodæmonibus , iuxta illud Deuter. c. 18. Non inue-
niatur

natur in te , qui ariolos sciscitetur , aut pytones consulat. Huc tendunt omnes nouem leges. C. de maleficiis & mathe. Huc tota quæstio. 2. & 5. caus. 26. Huc totus titulus de sortilegiis. Hoc appellauit curiositatem Tho. 2. Sec. q. 167. art. 1. & superstitionem in. 2. Sec. q. 95. artic. 4. † Imo est crimen hæreseos , siue supersticio , sapiens manifestam hæresim , consulere dæmones super futuris : Adeo , ut de illo cognoscere possit inquisitor hæreticæ prauitatis , iuxta e. Accusatus. §. Sane. de hæreti. lib. 6. secundum Oldradum consilio. 210. quem sequitur Felinus in rubrica de hæret. Quod limitandum videtur procedere , de consulente super futuris supernaturalibus , vel aliis casu contingentibus , uel a libero arbitrio pendentibus , iuxta ea , quæ notant uterque Thomas in locis præallegatis .

Infertur ex his primo , nimis hyperbolicum esse illum titulum frequentatum Iasoni in. l. Lecta. nu. 12. ff. si cert. pet. & alibi sæpe : Baldus , qui nihil ignorauit .

II. Infertur nimium superbire illos , qui se idoneos putant ad respondendum de quolibet in ampla materia . Qualis fuit ille , quem narrat Paul. Castr. in. l. Pater Seuerinam. ff. de condit. & demonst. ad questionem Baldi obmutuisse .

III. Infertur. t. stultum esse occupari lectione librorum fabulosorum , & inutilium , qualia sunt quæ Amadis , quæ Splandiam , quæ Reynaldus inscribuntur . Quia , iuxta Varronem apud diuum Antoninum prima parte historiæ tit. 4. c. 6. §. 3. Sunt quædam , quæ eradenda essent ex animo scientis : quia vera inserendi locum occupant . Et Thom. 2. Sec. q. 167. determinauit , curiositatis peccatum incurrere , qui per studium minus utile re-

trahuntur a studio , quod eis ex necessitate incumbit : † quales sunt (meo iudicio) quidam nostræ ætatis episcopi , & parochi , qui humanioribus literis , Astronomia , Cosmographia , & Geographia delectati , literas sacras , canonicas , & ciuiles yeluti fastidiunt . In quos inuechitur Hieronymus in epistola , cuius caput est Beatitudinis . pagina mediocri. 5. Et transfertur a Gratiano . d. 37. c. 2. Sacerdotes Dei omissis euangeliis & prophetis videmus fabulas legere , amatoria Bucolicorum uersuum uerba cätere , tenere Vergilium in manibus ; & id , quod pueris adest causa necessitatis , crimen iti se facere uoluptatis .

16 IIII. Infertur & fugandos esse, veluti homines pestilentes Astrologos illos, qui per Astronomiam se iactant prænunciare posses futura supernaturalia. Quoniam illa per causas naturales nequeunt præsciri, ut docet Tho. a Vio. 2. Sec. q. 95. art. 4. columna sexta sui commenti. Qualia uidentur, quod talis propheta tali tempore, tali nascetur regione. Quo sit ut uideantur cōburendi libelli, in quibus per astrorum motus prænunciatur Antechristus quidam mixtu, quidam merus propheta, quidam optimus: & alia id genus neniarum: quæ a Deo quidem Optreuelari potuerunt: sed per Astronomiam præsciri nequaquam.

V. Infertur, fugandos item esse illos, qui prænunciant certo futura quædam, quæ mere contingenter accidunt, quæ præser tim a libero pendent arbitrio. Qualia sunt: ille erit diues, ille inueniet thesaurum, hic morietur in aquis, hic traictus pectora ferro, Is in uenerem putris erit, is castus, & cætera id genus alia.

19 + Quamvis enim per astra sciri possit ad quæ quis inclinetur, & frequentius quam oporteat inclinationes & appetentias nostras sequamur: tamen prænunciari non potest id, ad quod inclinamur certo futurum, iuxta illud vulgatum: Vir sapiens dominabitur astris. Nescire possunt dæmones an illa certo sint euentura per ea, quæ supra diximus: Et multo minus Astrologi. + Non tamen assentior Decio hic dicenti Astrologiam esse prohibitam Neque hoc dicunt Ioa. Andre. Panor. & Annania. in c. 2. de sortileg. quibus id ille tribuit, imo contrarium affirmant.

Quod etiam præsupponit Thom. 2. Sec. q. 95. art. 5. Et aliud est, hanc scientiam abire in desuetudinem apud Christianos, quod ait Gratianus in .§. His ita .26. q. 2. Et aliud eam esse prohibitam, quod nos negamus. Quamvis fateamur peccare illos, qui credunt per hanc scientiam prænoscere posse, aut prænunciari aliqua supernaturalia, vel naturalia certo futura: imo neque aliquid contingens per accidens, ut prædictum est, & late docet vterque Thomas in dicto articulo.

CONTRA tamen hæc omnia facit primo, quod anima

18 CHRISTI creatura est, & tamen omnia nosse videtur. Tum, quia in illa sunt omnes thesauri scientiarum, & sapientiarum Dei. c. 2. ad Colossen. Et plena fuit gratia & veritate Ioh. i. Quæ veritas ad scientiam referitur, secundum Aug. 13 de Trinitate.

nit. Tum, quia C H R I S T V S qua parte est homo iudicaturus est
 viuos, & mortuos, & redditurus singulis, secundum opera sua,
 tam reprobis, quam electis. c. Firmiter. in fin. de summa Tri-
 nit. & fid. & habetur Ioh. 5. & Actorum. 10. Ergo nouit om-
 nia opera hominum, & bona & mala, & praeterita, & præsen-
 tia, & futura, cum eorum circumstantiis: quæ peiora, vel me-
 liora, aut minus mala, vel minus bona efficiunt ipsa: Quando-
 19 quidem cognitio † præcedit iudicium. l. De qua re. ff. de iudi-
 & optimus omnium iuris text. in extrauag. Quia quorundam
 de uerb. signif. Ioh. 22. Et iuxta Aristotelem: Cæcus male iu-
 dicat de coloribus. Cum ergo ipse iudicaturus sit omnia bona
 & mala, qua parte homo: oportet etiam, ut qua parte ho-
 mo, nouerit illa cum suis omnibus circumstantiis. Tum,
 quia Apocalipsis. 5. Dignus. est agnus accipere diuinita-
 tem, & scientiam. s. omnium cognitionem, secundum gl.
 ibidem. Quod & discipulos credidisse patet ex illo Iohan.
 16. Nunc scimus, quod omnia scis. Non enim loquebantur il-
 li quoad diuinitatem: quoniam multo ante didicerant Deum,
 nihil latere. Et Petrus Ioh. ultimo ait: Domine tu omnia nos-
 cis. Tum, quia Petrus Lombardus dixit in 3. lib Sent. dist. 12.
 c. 6. illam benedictissimam animam tantam scientiam accepisse
 crearam: quantam Deus potuit illi conferre. Qui idem diffini-
 uit animam C H R I S T I omnia scire, quæ Deus scit: quantus non
 omnia possit, quæ ille. Quæ confirmat ex eo: quod ei datus sit
 spiritus sapientiæ sine mensura. At si quedam sciret, quedam
 nesciret: ad mensuram datus esset. Item ex eo, quod nihil scit
 aliquis, quod eius anima ignorat: Sed C H R I S T V S secundum
 omnes omnia scit: Ergo & anima ipsius omnia nouit. Tum, quia
 20 etiam Thomas fassus est in. 3. part. q. x. arti. 2. † animam C H R I-
 S T I sciuisse omnia præsentia, præterita, & futura per scientiam,
 quam habet in uerbo beatificam. Sed & quæst. sequenti artic. 2.
 asserit animam illam vere reuerendissimam omnia, præter essen-
 tiam diuinam sciuisse, etiam per scientiam inditam, uel infusam,
 quamvis aliter scriperit in. 3. d. 4. q. 1. artic. 1. Mouetur inter alia,
 per illud Esaïæ . xi. Repleuit eum spiritus sapientiæ, & intelle-
 ctus, spiritus scientiæ, & consilii. Vnde etiam in eodem art. 2. do-
 cuit per illud Marci. 14. De die autem illo nemo scit, neque an-
 gelus

gelus in cœlo; neque filii hominis, nisi pater non esse intelligendum, illum diem ignotum fuisse animæ CHRISTI.
 21 † Sed quod non faciebat alios agnoscere illud. Sicut ē contrario dicitur incipere Deus cognoscere, quando illud alios facit nosse: iuxta illud Genes. 22. Nunc cognoui, quod timeas dominum. 1. nunc feci cognoscere. Tum, quia Scotus iunior & nomine maior in illa dist. 13. sequitur & strenue propugnat opinionem Magistri præfataam: dicens
 22 † illam animam scire omnia: non solum præterita, præsentia & futura: sed & possibilia, vel factibilia quæcunque. Quod esse probabile dixerunt ibi Parisenses nouissimi. Nec Tumbingenses attulerunt aliquid, quod hæc refellat.

I I. contra prædicta pro notabili nostro facit. cap. Scien-
 23 dum. 26. q. 3. quatenus probat, † multa futura prænuncia-
 ta olim fuisse. ac nunc etiam prænunciari a cæcodæmonibus.
 Et Regum. 8. quidam appellantur prophetæ Balaam: & ita vide-
 tur aliqua prophetia a dæmonibus esse. Quod fatetur Thom.
 2. Sec. quæst. 172. arti. 5. Ergo dæmon futura nunciare
 potest: Igitur & scire. Sic sybillæ multa de CHRISTO præ-
 nunciatunt, secundum Augustinum, & Lactantium. Sic Ba-
 laam quamvis propheta esset dæmonum, secundum vnam.
 gl. Numer. 22. prænunciauit tamen illud: Orietur stella ex
 Iacob, & consurget virgo de Israel, Numer. 14. Sunt & qui
 dicant se vidisse homines, qui cogitatus aliorum palam fa-
 cerent: Ergo sunt creaturæ. quæ cogitatus sciunt, & futuros
 euentus. Quod contra prædicta est.

Ad hatum duarum oppositionum priorem respondeo, me
 largiri & concedere, quod illa probat, nempe aliquam crea-
 turam, animam videlicet illam CHRISTI sexcentis nomini
 bus sublimissimam, scire omnia quæ verbum, cui vnitur ab
 24 æternō, sciuit: atque ideo omnia quæ Deus, † quamvis non
 æque clare, neque ita perfecte. Et consequenter dicendum,
 hoc exordium, qui nihil ignorat, non soli Deo esse peculia-
 re: sed etiam animæ CHRISTI conuenire. Nisi quis dicat, ni-
 hil ignorare, hic accipi pro omnia scire per essentiam, aut
 pro omnia scire perfectissime: Quæ soli Deo conueniunt.
 Quoniam licet anima illa nouerit omnia, quæ Deus: non ta-

men per essentiam, nec adeo clare ac perfecte, ac Deus.
 Ad posteriorem autem oppositionem respondeo: primum
 25 largiendo, t ipsos cacodæmones pro intellectus sui præstantia;
 pro varia & longa rerum experientia scire, quæ remota sunt ab
 humana cognitione: ut late docet Augustinus in lib. de natura
 dæmo. Atque ideo posse manifestare hominibus: non quidem
 per mentis illuminationem, sed per aliquam imaginariam vi-
 sionem, aut etiam sensibilem locutionem, secundum Tho. di-
 eta quæst. 172. arti. 5. quæ tamen ad perfectam prophetice ra-
 tionem minime sufficiunt. Inno facemur aliquando dæmonum
 prophetas ex diuina inspiratione reuelare aliqua mortalibus.
 Legitur enim Numer. 21. Dominum locutum fuisse per Balaam.
 26 t qui tamen erat propheta dæmotum: quia interdum utitur
 Deus malis ad utilitatem bonorum, quo res prænunciata credi-
 bilius fiat, accepto sibi ab aduersariis testimonio, ut ait Tho.
 vbi supra, dicens hoc modo Sybillas multa de C H R I S T O præ-
 nunciasse, quamuis in quæst. 2. art. 7. eiusdem. 1. Sec. inter ser-
 uatos enumerare videatur eas. Hinc est quod ipsem ait artic.
 27 6. inter verum & falsum prophetam hoc distare: t quod verus
 semper veritatis spiritu afflatur: falsus vero non semper falso.
 Dicit item verum t illud, quod spiritus malignus iuxta natu-
 ram suam manifestat hominibus, a spiritu sancto esse. Quia om-
 ne verum a quoque dicatur, a Spiritu sancto est. secundum
 28 Ambrosium, facit. cap. legimus. 37. d. t Falemur item cacodæ-
 mones noscere posse quid cogitamus, quid volumus, etiam
 sine ullo exteriore signo nostro, speciali permissione diuina:
 sicut & eadem permissione possunt prænoscere aliqua futura
 contingentia. Negamus tamen ullos homines, ullos angelos,
 vel cacodæmones futura contingentia in sciphs suapte natura
 præscire posse. Negamus item eos scire posse cogitatus hominū
 aut affectus: quos, is cuius illa sunt, voluit esse omnino occul-
 tos: neque hoc reuincauit, ea quæ supra fuerint citata.

Exhortatio ad castigandos diuinos.



O C V S . simus & pietas exigunt a me hic , cina
dide lector ; t ut admonicam omnes , quos
diuini hororis cura tenet : castigandos esse illos ,
qui ea , quæ in longinquis terris fiunt , nullo in-
de nuncio accepto , vel ea , quæ in secretis locis
accidunt , nemine illa ipsis prudente , nunciant : cum aliis ,
cum principibus , iactantes fesc (o impudentiam arrogantissi-
mam , & arrogantiam . impudentissimam) per Astronomiam
illa cognosse : cum a cacodæmonibus illa superstitionis
(& vtinam non hæretice) didicerint . Quia in re quis satis demis-
tetur quanta cum sociâ , ne dicam impudentia , bona pars
Christianorum (quod summopere dolendum est ,) & in his
summatum : , & aliquot literatum cultorum , cum multis
ægrotantium centuriis ercent . dum alii habent cacodæmo-
nes familiares ; aut habere percipiunt , a quibus quæ in lon-
ginquis partibus aliisque locis secretis fiunt , quam citissi-
mae addiscant , quorumque obsequiis & ministerio multis in
rebus videntur . Alii uero querunt homunciones , etiam a
Christianâ fide alienos , qui obsequio maligni spiritus , se vt
iactant : aut talem certe se Astronomiam callere mentiuntur ,
quæsciant , & nouerint quædam in remotis , occultisue locis
facta . Quos cum inuenient altis donant muneribus , di-
gniores qui cruentis donarentur verberibus . Alii se in specu-
bus & subterraneis , aliisque locis abditissimis docendos cacodæmonibus (vt audio) tradunt . Alii ægroti , & grauiter vul-
nerati adorant carmina quædam , quibus nulla est vis a natu-
ra , neque a diuino , vel ecclesiastico instituto . Alii (quorum
nescio animaior sit culpa) cum sciant aliquot sibi subditos
talia vel facere , vel curare : nullo tamen pietatis zelo in
eos armantur : Sed veluti connuientibus oculis altissimi Do-
mini dissimulant iniurias . Quod ne fiat : intelligite iam ad-
hortante propheta . ^{ps. 2.} reges intelligite , qui latera eorum
clauditis & erudimini , qui iudicatis terras : erudimini
qui ipsis assidetis . Scitote quoniam Deus ipse fecit

vos: & non ipsi vos: ^b Meminerimus omnes , vitam homini
 nis super terram quandam esse militiam. ^c Meminerimus duos
 esse huius militiae duces : alterum (qui pro nobis est)
 CHRISTVM , lucis scilicet pacisque principem , ^d alterum
 (qui contra nos est) Sathanam principem item , sed huius mundi,
^e sed tenebrarum . Meminerimus inter hos duces , & ipsorum
 exercitus , bellum esse perpetuum & irreconciliabile : & quod
 merito ~~arrabios et rabiens~~ dici debeat . Meminerimus nos dedisse
 Duci nostro nomine , & in eius verba iurasse , cum salutari-
 bus aquis tingeremur . ^f Veniat in mentem : quam exosi ,
 quam turpes , quanta poena digni habeantur transfugae &
 desertores . ^g Non obliuiscamur multis nos erratis a CHRI-
 STO desciscere : ^h at quo maxime in orum peruersitate defici-
 imus & transfugimus , infidelitatem esse . ⁱ Cui proxima est haec
 (quam insectamur) cacodæmonum familiaritas . ^k Venianc
 hæc in mentem : veniant , pudeatque CHRISTI (sub quo mit-
 litare coepimus) vexillū deserere : vos Reges præsertim & sumates :
 Qui odio impotenti ferimini in vestros milites , non solum
 transfugas & proditores : sed etiam in emansores . ^l & deserto-
 res , & arma præsertim tota alienantes . ^m Pudeat cum illo iun-
 gere amicitias , illum habere familiarem , qui ut CHRISTI ,
 qui ut totius generis humani , hostis ⁿ est antiquissimus : ita &
 truculentissimus . Pudeat , quod est apud Esaiam , ^o percutere
 3 ofædus cum morte , & facere pactum cum inferno . ^p Expenda-
 mus nobiscum dæmonum in hac vita societatem , initium esse
 quoddam æternæ damnationis , & (quæ perpetua est) infero-
 rum cohabitationis : quemadmodum contra conuersatio-
 cum angelis & sanctis , his , quibus interdum apparent , ini-
 tiuum quoddam est futuræ fœlicitatis , & (quæ in coelis futura
 est) ppetuæ cohabitationis . Expendamus nobiscum illud Augu-
 stini . ^q Qui sine saluatore salutem vult habere , & sine vera sapi-
 entia estimat prudentem se fieri posse : non sanus , sed æger : non
 prudens , sed stultus : in ægritudine assidua laborauit , & in cæxi-
 rate noxia stultus & demens permanebit . Expèdam cacodæmo-
 nes diuinæ honoris audissimos , nil non agere , quo p. Diis ha-
 beatur . ^r Cui rei testis est locupletissimus , tādiu delusa , & quæ
 in hūc usq; diē deluditur Gentilias . Non dubitemus toties illis
 videri

videti tribui diuinum honorem^p: quoties curamus ab illis dis-
seere futura, quorum præscientia soli Deo est peculiaris.
Non dubitemus^a nos toties dare dexteras ipsis: quoties cupi-
nius aliquid ab eis discere, vel scientia, quam habent de his,
quæ nobis sunt secreta vel absentia iuuari, vel opera medica-
ti. Quid per Deum prodest^r remotissimas gentes fidei Chri-
stianæ subigere, imperium Christianum extendere, operam
pro virili strenuam summatis (qui hæc curant) impende-
re: si nos interim & nostros principis tenebrarum tyrannidi in
quieta curiositate, ac pestilentii superstitione subiiciimus, aut
certe subiici patimur impune; non sine magno infirmorum
scandalo?

At inquietus res dulcissima est mens sana in corpore sano,
corpus fidele in senecta. Longe pulcherrimum aliis erudi-
tione præminere. Maxime vero e Repu. scire quid cum suis
proceribus secreto molitur hostis, quid amicus, quid Lu-
sitanus aut Castellanus, quid Gallus, aut Italus & Germa-
nus. Quid deest nostro uel hostium exercitui absenti. Fa-
teor quidem hoc: dum illa illis contingent modis, quos Deus
probat, quos vigilans prudentia parque diligentia inuenit
31 At O curux in terras animæ & coelestium inanes, potest ne
mortaliibus quicquam dulce, pulchrum, vel commodum. ve-
nire a cacodænone hoste uersuto, mille ad nocendum ip-
sis vias habenti, & totidem alias querenti? Qui a ruinæ suæ
principio conatur omnibus modis humanum genus euerte-
re & perturbare? Qui dolet & erubescit charitatem, quam in
cœlo nequivit seruare? homines lutea materia in terra tene-
re, qui humanum intellectum non potest, quemadmodum
angelus bonus illuminare, sed tantum obrenebrare? Qui
mendax est & pater mendacij? Qui si aliquando quicquam
vel dicat vel faciat, quo suis cultoribus uel parum commo-
det: non tamen id facit ut prosit, sed ut grauissime aliquo men-
dacio postea (illi fide habita) obfit? Si cauendum est ab ini-
mico reconciliato^d: quid de inimico prorsus irreconciliabili?
Iam quod prodest fortunis, nec obesser vñquam illis: quod
prorsus contra est. Quid prodest homini totum mundū lucra-
ti cum animæ lux detrimento? Vbi est illa charitas qua Deū

^q
Tib. re-
que 2. Sec.
quaff. 75a
art. 4.

^r
c. Nihil p-
deft. de cō-
scr. d. 5.

^s
Pers. sat. 3

^t
Pers. sat.
1.

^a
c. Visis.
16. q. 2.
b

^b
Tho. 2.
Sec. q. 172.
art. 5.

^c
Athanasius
apud Tho.
2. Sec. q.
75. art. 4.

^d
c. Accusa-
to res. 1. 30.
2. 5.

^e
c. Mattha.
de symo &
Matth. 16

f.
 e. Charitas
 est. depen-
 d. 2.
 Malach. 1
 h
 Ibidem.
 i
 L. Si nō fue-
 rint. s. Ari-
 Sto. ss. pro-
 soci.
 l
 2. Petri 5.
 m
 Ad Ego. 2.
 R

plusquam te diligere teneris? Si Deum Opti. Max. pro domi-
 no ducis: vbi est ipsius timor? Si propatrem: Vbi ipsius amor?
 Absint a nobis hæc remedia: que ipsis morbis sunt grauiora.
 Absit a nobis Leonina societas cum eo præsertim, qui tanquam
 Leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Quod bellum
 iam inde a baptismo indiximus illi perpetuum, geramus gra-
 uior, geramus & strenue, alta mente versantes illud Pauli
 paulo immutatum. Quid nos separabit a charitate CHRISTI:
 Quid nos faciet deserere crucis vexillum, in quo vincendum?
 Quid nos faciet ad signa funesta perfidi hostis per familiarita-
 tem transfugere? An tribulatio, an augustia, an nuditas, an
 periculum? Decernamus ope diuina, quod eadem exequa-
 mur, scilicet: quod neque mors, neque vita, neque angeli, ne-
 que principatus, neque instantia, neque futura, neque crea-
 tura aliqua nos separet a charitate Dei, quæ est in CHRISTO
 IESU Dominô nostro, Amen.

* Inter alia Christiane lector, quæ me ad hæc duo Notabi-
 lia dilatanda, & ad proximam exhortationem faciendam mo-
 uerunt, fuerunt quidam, qui quo tempore hanc relectionem
 Conybrice composui & pronunciaui, frequentabant Curiam
 Iohannis huius nominis tertii, non solum Lusitanæ, sed e-
 tiam totius orbis Christiani Regum cum primis religiosissimi,
 prudentissimi, & iustissimi, & in sibi subditos amore paterno,
 & Regia magnificentia benignissimi, & iactantes se Astrolo-
 gos, euentus futuros prænunciabant: consilia, dicta, & facta in
 prouinciis longissime remotis, denunciabant: fures, & furta se-
 crera indicabant: & plagas aliquas, & morbos sine medici-
 nis curabant, quos ante mensem post hanc repetitionem in
 eiusdem Regis Curia publicatam, inde abiisse accepimus: Vi-
 nam & in vrbe aliqui ob eam æditam resipiscant: Et quoniam
 ab egregiis confessariis audio, nonnullos esse in Vrbe & in vi-
 cinis prouinciis, qui Cacodæmonum opera in prædicta qua-
 tuor vtuntur, & plurimi, præsertim foeminæ, multiplici super-
 stitione sibi victimum quæritant, etiam atque etiam rogo & fla-
 giro omnes cuiuslibet ordinis Confessarios, vt occasione
 oblata doceant sibi confitentes, illas bases, quas in Manual
 nostro Confess. c. 11. num. 20. posuimus, i. quod, vt virtus reli-
 gionis

gionis est maxima virtutum moralium, ita vitium superstitionis ei contrarium, in suo genere est vitiorum illis contrarium pessimum. 2. nu. 22. quod duplex est modus inuocandi Dæmonem, unus expressus, alius vero tacitus. Expressus est quo aperiè vocatur vel inuocatur Dæmon, vel sit aliquid quod creditur opera ipsius Dæmonis perficiendum: Tacitus autem est, quo aliquis enititur efficere aliquid per causas, quæ nec virtute sua naturali, neque ex diuina aut Ecclesiastica dispositione possunt illud efficere, vel quando huiusmodi causæ tranquam necessariæ adiunguntur aliis, quæ possunt talem effectum producere, ut 1. vti verbis sacris hac conditione, vt sint scripta in illa vel illa materia; vel rati tempore aut hora, & aliis huiusmodi, quæ neque ad diuinum cultum, neque eius honorem, neque ad rectam rationem pertinent. 2. adiungere causis naturalibus aliquos characteres, viam significandi non habentes, qui ad Dæmones illos probe intelligentes referuntur, vel sunt nomina ignota quæ eo ipso quod sunt talia, tacite ad eos referuntur: Vt 3. vti causis naturalibus ad effectum supernaturale, veluti ad agnoscendas hominum arcanas cogitationes, vel ad subito medendum: vt 4. vti verbis sacris ad inanem effectum, sicut ad mouendum annulum supra filum, vel ad uoluentum cribrum, quæ quidem non verba sacra, sed ipse diabolus mouet, vt illis verbis honorem sibi faciat exhiberi: Vt quinto, miscere falsa, veluti dicendo Christum habuisse febres: Quibus additur num. 34. Qui breuia aliqua, (ut vulgo vocant,) vel coniurationes vel nomina collo appensa gestant, nisi haec quatuor conditiones concurrant. Prima, quod sint nomina cognita, & intellecta, & sancta, veluti ex Euangelio, & scriptura sacra, aut aliquo viro sancto desumpta. Secunda, quod in eis nullus alius character, aut signum præter CHRISTI crucem, aut aliud sacrum continetur. Tertia, quod in eis nihil sit falsi aut vani, aut ad inuocationem Dæmonum pertinens. Quarta quod nullam constituat spem in modo scribendi, vel ligandi: neque in eo, quod in membrana, vt vocant virgine, aut cum sol oritur, vel quando legitur Euangelium conscribantur, vel, quod debeant tot filis ligari, & à puella virgine, aut quod à nemine videatur, & alia similia quæ neque ad laudem Dei,

neque ad alium effectum naturalem, vel institutum deseruiunt secundum Anton. 2. par. tit. 12. cap. 1. §. 13. arg. cap. Non licet, 26. q. 6.

III. Notabile. Non potest aliquis, quod iurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipse iurisdictionem nostram nec velit, nec debeat impedire.

S V M M A R I A.

- 1 Potesias summa laica non est penes Papam.
- 2 Papa iudicat subditos imperij eo uacante & in. 149. casibus remissive.
- 3 Papa transtulit imperium, super quo multa potest: Et deponit reges .num. 5.
- 4 Papa Soli, & imperator Luna similis idem. num. 25.
- 5 Reges Hispani, & Galli subiacuerunt imperio:
- 6 Imperij ortus quarto.
- 7 C H R I S T Y S dominus uniuersorum etiam quatenus homo ; & caput omnium hominum . num. 10. Et omnium angelorum . num. 11. Et index hiuorum , & mortuorum . num. 11. contra Anto. Rosel. num. 66.
- 8 C H R I S T I monarchia incepit a nativitate eius :
- 9 Papa successor Petri, & vicarius C H R I S T I . &c.
- 10 Benedictus qui ; maior benedictio.
- 11 Ecclesia militans instar triumphantis.
- 12 Rationes gubernandi optima quae.
- 13 Ars altioris finis iudicat de fine inferioris .
- 14 Anima, ut finis corporis : ita temporalia spiritualium.
- 15 Comiso uno committi ea , sine quibus id commode &c.
- 16 Extra iug. Vnam sanctam. 8. modis indueta pro Communis.
- 17 Hierony. Balb nonnullis tribuit aliena.
- 18 Author pridem mantauit sententiam contra Communem.
- 19 Negligentia conservandi bona peccatum mortale.
- 20 C H R I S T Y S discreuit officia utriusque potestatis .
- 21 Papa urbis Romae summam potestatem laicam ex donatione habet.

- 26 Clemens. 3. in gratiam Francia declaravit. &c.
 27 Papa Iohannis humilitas in epistola.
 28 Dona maxima Dei sacerdotium, & imperium, & ualde differunt. num. 36.
 29 Ludovicus legem tulit contra dicentes. &c.
 30 Philippus Pulcher in Bonifacium indignatus.
 31 Reges Hispaniae exempti ab imperio hæc, & illa facerent.
 32 Reges Hebreorum primi electi a Deo, non a sacerdotibus.
 33 Reges Hebreorum non suberant sacerdotibus in prophanis.
 34 Reges olim præfuerunt sacerdotibus in causis sæculi, & ab eis vocabantur.
 domini,
 35 Comes Palatinus non legitimat filium suum.
 36 Papa a quibus abstinere debet secundum Petrum.
 37 Romulus discreuit sacra a prophanis.
 38 Moyses Aaroni commisit sacra.
 40 Errores manifesti veriusque partis:
 40 Barto. error.
 41 Haresis quid, & qui heretici.
 42 Pertinax, quis.
 43 Hereticum non esse notab. nostrum, neque eius contrarium.
 44 Canones nec contrarios: nec esse sacras litteras.
 45 Canones posse in hoc citari, licet leges nequirent.
 46 Papa an erret in his, quæ sunt fidei.
 47 Papa licet de sua propria causa cognoscere.
 48 Papa inferior cognoscit de causa ecclesiæ sua.
 49 Thomæ doctrina, quo probata, & quousque. num. 51.
 52 Baldi error unus, & alter. num. 55.
 53 Andreas Alciatus laudatus.
 54 Lusitano paret India, quæ non paruit Romano.
 56 Papa est maior Imperatore simpliciter contra Bald. licet hic maior illo quoad
 quid. num. 57. Et ideo præscribendus. num. 66.
 58 Humilitatis, siue modestie documentum.
 59 Aluari Pelagi error.
 60 Dominium non periret peccato mortali, nec fundatur in charitate. num. 61. Nec
 perditur paganismu. nu. 62.
 63 CHRISTVS non abstulit ullis sua regna: & est condonius eorum,
 num. 63.
 65 Anto. a Rosell. unus error: Alter. num. 67. Tertius. num. 68. Quar-
 tus. 76.
 69 CHRISTVS ab æterno fuit, & nunquam non fuit: sed non fuit ab æter-
 no homo. 74.
 71 CHRISTVS non fuit legitime subiectus Pilato. &c.
 72 Superior peccans in loco inferioris non subest illi.

Cesar

- 73 Cæsar Augustus C H R I S T I vicarius
 74 Deus omnia facit , aut permittit .
 75 Papa nulli se potest subdere iudicandum .
 77 Potes̄tas ecclesiastica non repugnat laicæ .
 78 Moyses habuit utrāque potestatē summam .
 79 Concilium oecumenicum non convocat imperator .
 80 Potes̄tas laica , vt se habet cum ecclesiastica : & h̄c nuda quid amplectatur .
 81 Potes̄tatis ecclesiæ diffinitio perspecta ; quæ probatur . n. 82. Et dividitur . n. 83.
 Et cui sit data principalis an ecclesiæ , an Petro . nu. 84 .
 85 Potes̄tatis laicæ diffinitio , quæ necessaria communitati . nu. 86. vt probatur .
 num. 112.
 87 Natura non dicit in necessarijs . &c.
 88 Potes̄tas ecclesiæ a laica differt . 4. causis .
 89 Potes̄tas laica antiquior ecclesiastica : Et latius . nu. 92. probatur .
 90 Finis utriusque iuris diuersus saltem immediatus . num. 91.
 92 Potes̄tas ecclesiæ , quæ nunc est , non fuit .
 93 Matrimonium ut sacramentum , post C H R I S T I aduentum caput .
 94 Potes̄tas ecclesiastica , & laica contrario modo progreſſe .
 95 Intellectus legis , Ex hoc iure . ff. de iustitia , & iur .
 96 Potes̄tas ecclesiastica quatenus tangit temporalia :
 97 Finem ad aliquem inductum , secundum illum ordinandum
 98 Ecclesiæ coactionem habet .
 99 Papa cur reges deponere potest , uel deponentibus consentire . num. 100. Et cur
 coadiutores dare nu. 106. Et cur uacans imperium regere . num. 107 Et cur
 Federicum depositum . nu. 108.
 101 Reges an propter regna , uel e contrario .
 102 Dominus Petrus Pachecus Cardinal. laudatus .
 103 Dominus Franciscus a Mendoca laudatus .
 104 Dominus Didacus ab Alba episcopus laudatus
 105 Menas de Saa Conimbricens. laudatus .
 109 Papa potest quedam maxima , & non quedam minima : & cur de quocunque
 peccato mortifero . num. 111.
 110 Intellectus reguli : Cui licet , lib. 6.
 113 Naturali iure uetatur , & permittitur quandoque homicidium .
 114 Dux est sibi duce carens , &c.
 115 Naturalem prouidentiam non tollit lex imperialis .
 116 Reges Hispaniæ quaratione exempti .
 117 NAVARRI , & Legionenses Hispanorum primi sibi fecerunt reges post illam
 cladem sarraceniam .
 118 Potes̄tas laica non fuit una instituta toti orbi , sicut una ecclesiastica .
 119 Potes̄tatem laicam nulla communitas a se abdicat .
 120 Concedere , & transferre differunt .
 num. 5
 121 Clerus

- 121 Clerus cur non statuit contra leges superioris ,
 122 Argumentum a contrario non valet . &c.
 123 Potestatis ecclesiae extendende ad laicos capita pauca , & resoluta .
 124 Papa cur potuit imperium transferre .
 125 Potestas ecclesiae , & laica cur Sol , & Luna .
 126 Intellectus . c. i. 21. dist. & aliorum multorum . nn. 128 .
 127 Reges minus subiectos Pape , quam imperatores .
 129 Papa coronat imperatorem potestate non diuinitus , sed humanitus accepta .
 130 C H R I S T V S non concessit Petro totam suam potestatem .
 131 Benedictio productiva potestatis regalis , non pertinet ad Papam diuinitus .
 132 Regum Hebreorum vnitioes , an & quomodo regalem potestatem produxere .
 133 Noua ratio cur . cap. Rainutius . & c. Rainaldus . ligent etiam laicos .
 134 Ecclesia militans qui instar triumphantis ?
 135 C H R I S T V S monarchiam optimam instituit .
 136 Ecclesiæ monarchiam non impedit susceptio multorum a Deo immediata .
 137 Noua ratio , cur Papa potuit transferre imperium .
 138 Novus intellectus Extranag . Vnam sanctam de maior .
 139 Ecclesia vna semper fuit : sed non unus eius summus sacerdos .
 140 Noua ratio cur nequeant esse duo Pape , licet duo imperatores sic .

Noua confutatio quorundam dictorum authorum .



ERTIO Ex his verbis colligitur , supremam iurisdictionem laicam non esse penes Roman. Ponti. Quod , vt alii gladiatorio (vt aiunt) animo affirmant: sic alii , quorum receptio est opinio , moribus , & in ostrei morem negant , inter quos: Longeum fecit discordia litem , assimile inque iugi loris , quæ Gordius olim Nexuit , atque Louis Phrigii suspendit ad aras . Quam ob rem primo utriusque opinionis fundamenta , quasdam veluti acies in campum educemus . Deinde virtute illarum expensa , notabile nostrum , cui adhaerebimus , alienum faciemus ab erroribus manifestioribus utriusque partis fautorum , & multis declarationibus , & illationibus illud munierimus , & illustrabimus , simul & euertemus opinionis receptoris fundamenta .

Pro communi opinione quadruplici de gente milites deliguntur , nempe de ratione canonica , cæsarea , diuina supernaturali , & naturali . Et primo quidem de canonica , hoc capit , quod semper & ubique pro altera parte citatur : nunc primum
a no-

a nobis, pro Communi expenditur, in eo quod Innocentius. dixit se non posse, vel non debere perturbare, vel minuere iurisdictionem Regis Francorum: sed non intendere id facere: cum tamen de rege dicat eum, nec velle nec debere impedire iurisdictionem, ac si clarius dixisset: Regis iurisdictionem ego nolo impedire, ille vero neque vult, neque potest: & ita innuit posse, si uellet. Nam qui ex duobus sibi propositis alterum negat alterum fateri videtur. cap. Qualis. 25. dist. I. Cum præt. ff. de iudiciis At velle, & posse diuersa esse ponit. cap. Sciscitatus. de rescri. cap. Cum super. de offic. deleg. I. Multum interest. C. si quis alteri vel sibi. Et utrumque habuit hic præ oculis Innocentius. 3.

- 2 Secundo pro Communi facit, quod uacante imperio Papa iudicat illius subiectos, Clem. Pastoralis: §. final. de re iudi. & Extrauag. I. ne sede uacant. Cum item laicus iudex est negligens. cap. Licet. cap. Ex tenore. infra tit. proximo. Cum item actor est persona miserabilis actu, & habitu, qualis est pauper; aut uidua diues oppressa. cap. Significantibus. de offi. delega. cap. Ex parte. infra tit. proxii. cum utrobique annotatis per Inno. & etiam persona miserabilis habitu, & si non actu, ut uidua diues non oppressa, potest ualidum impetrare rescriptum, antequam iudex laicus iudicare negligat: licet eo non possit uti, donec ille neglexerit. cap. Ex tenore. cum resolutio ne Pan. ibi, & aliorum in. d. cap. Licet & d. cap. Significantibus. Cum item aliquid arduum occurrit, Papa prouidet circa illud, ut mire fecit in. cap. I. de homici. lib. 6. contra occidentes, uel mandantes occidi per assasinos. Cum item aliquid maxime ambiguum occurrit ipse declarat. cap. Per uenerabilem. §. Rationibus. qui fil. sint legi. Quale fuit olim illud, non dum penitus adhuc demortuum dubium, de duabus quartis detrahendis a filio herede instituto, eodemque restituere graduato. Quod definiuit ecclesiæ Romanæ princeps in. cap. Raynalius. & cap. Raynaldus de testamen. At nulla ratio apta, & quæ mentem satiet serenam, reddi posse, videtur: cur Papa his casibus laicos iudicare possit, cur circa illos prouidere nisi quia laicam, eandemque supremam potestatem habeat, saltem in habitu: ensem intra uaginam reconditam, quam prædictis

Etis casibus & aliis similibus veluti coactus euaginet, siue exerat: Ergo propositum. Simili modo possent induci alii similes casus, in quibus ecclesia cognoscit inter laicos. ¶ Quorum. 36. colligit Hosti. in summati. proximi. § . Expræmissis . Et . 43. Marian. in. d. cap. Licet . Et : 149. Stephanus. de potest. eccl. super laic. & horum multos Speculat. in tit. de iudi. compet. § . 1.

III. Papa transtulit Imperium a Græcis. ad Germanos, anno a nato seruatore. 776. secundum glo. singul. & receptam in. cap. Venerabilem. de elec̄t. Ipse dedit potestatem eligendi Imperatorem illis septem Germaniæ magnatibus, qui recensentur a glo. in. cap. Ad apostolicæ, sub finem ,de re iudi. lib. 6. Ipse cognoscit de Imperatoris electione, confirmanda ne sit, an castanda . Ipse confirmat, aut cassat eam , prout iustum fuerit . d. cap. Venerabilem . Ipsi iurat Imperator fidelitatem. cap. Tibi . 63. d. Cle. 1. de iure iurani. Ipse confirmatum & coronatum Imperatorem iustis de causis deponit . d. cap. Ad apostolicæ. de re iudi. lib. 6. quod continet sententiam. qua Innocent. 4.. depositus Federicum secundum . Hæc autem, & alia id genus facere superioris est, & eius , qui super eum, qui talia patitur , iurisdictionem habet, arg. cap. Inferior . 21. d. cap. Cum inferior . de maiori. cap. Cum ex iniuncto. de hæreti. & rotius tituli, de confirmatione utili, vel inutili. At eam non haberet , nisi suprema potestas laica penes eum esset : Ergo propositum .

4. IIII. quod potestas papalis auro , Imperatoria vero p lumen comparatur in . cap. Duo sunt . 96. d. Et quod Papa Solis instar est orbi . Imperator autem instar Lunæ . cap. Solitar. de maior . At luna quod lumen habet, a Sole recipit: Ergo & Imperator quam potestatem habet, a Papa dicetur habere..

V. Quod Nicolaus Papa id expressè ait in. cap. 1. 2 . di. in illis verbis . CHRISTVS Petro æternæ vitæ clavigero, iura terreni simul & cœlestis Imperii cōmisit. Quid clarius dici potuit? Et in. cap. Authoritatem . 15. q. 6. ait : Hæc in mandatis damus, ut spirituali simul, & temporali gladio, malignos illos insequantur : si gladius uterque apud Papam non est, quo rsum Nicolaus hoc mandat episcopis Galliæ ? .

- VI. Nē dicas aliud esse de Regibus : aliud de Imperatore; probo Reges , quibus non imperat Imperator , Papæ subesse.
5. Tum , quia † Zacharias Papa depositus Childericum Regem Francorum. cap. Alius. i 5. q. 6. Et Inn. 4. in concilio Lugdunensi dedit coadiutorē Regi Lusitanorum.c. Grādi. de supple. neglig. prælat. lib. 6. Tum , quia nemo potest libertatem sibi querere ab obedientia, & illi annexis, vni debita , nisi se alteri subdendo.c. Accedētes. c. Cum non liceat. c. Cum ex' offici. de præscrip. Nemini enim licet esse ~~aruspex~~ siue sine capite.
6. c. Nulla. cum gl. 93. dist. At † Reges Christiani omnes etiam Hispani. & Galli subditi fuerunt Imperatori. c. Volumus. xi. q̄est. i. & I. in Lusitania. ff. de censi. Ergo vel adhuc illi subiiciuntur, vel alteri : non illi , vt ipsi mordicus assuerant, nec alii quam Papæ : Ergo illi subiacent. Tum , quia Innocen. in cap. Per venerabilem. qui fil. sunt legit. dicebat : Regem Francorum , qui dicitur ibi non subesse Imperatori , subiectū esse Papæ. Qui idem in c. licet ex suscep. de for. compet. ad Papam , aiebat , recurrentum esse ; quando non est alias superior. Et Hostien. quem Ioan. Andre. & Anto. secuti sunt , affirmavit in d. capitul. Per venerabilem , Reges Franciæ , Hispaniæ , & Angliæ peccare , si non cognoscant superiorē, aut Imperatorem , aut Papam. Quia non potuerunt usurpare libertatem ab imperio , nisi se alteri subdendo. Is idem dixit in cap. Cum Ioannes. de fid. instru. Verbo ad nostram : a Regibus nō agnoscētibus superiorē i temporalib⁹, ad Papā appellari posse , quem sequitur Pan. in c. Exposita. de arbitriis & in c. Si duobus. q. r. de appellat. At hæc nō possunt constare , nisi Reges , quibus nō imperat Imperator , sublīnt Papæ. Ergo illi c̄ sublīnt : & nō possunt ei subesse in i temporalib⁹, nisi suprema potestas laica sit penes eum : Ergo notabile nostrum est verum .
- VII. Idem probatur lege Cesarea, eo quod lex : Bene a Zelone. C. de quadri. præscr. probat : Imperatorem sucipere in fulas. i. diadema , iuxta gl. si. illius , seu coronam , iuxta Alberic. col. 7. ibidē : & non ab alio , quā a Papa : Et quod lex. Oes dies. C. de feriis, cōiuncta gl. fin. verbo. Ortus. probat; iūc de iūcūm † imperium oriri, qñ Imperator coronat : Ergo a Papa cū corona sumit Imperium. Et ita vel tacite fatetur illud habere. Papa

Papa: Imo expressim legibus Papæ, & per consecutionem potest statu eius legislatiū, agnoscit Imperator se, suoque subiace: re in Authenti, de monachis. §. Si vero relinquens, & Au: thenti. quomodo oportet episcopos. §. i. colla. i. & in Au: thenti. ut Clerici apud proprios Episcopos. §. fin. col. 6. & in Authenti. de ecclesiast. titul. in princi. col. 9. & horum nulla: ratio alia, quæ apta sit; reddi posse videtur, quam, quia supre: nia potestas laica est penes Papam: Ergo propositum.

- VIII. Idem probatur sacris literis, eo quod CHRISTVS
 8 non solum quatenus verus Deus, est, & fuit Dominus vniuer: forum, Psal. Domini est terra, & plenitudo orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. cap. Quo iure. 8. d. Sed etiam quatenus perfectus homo. Tuni, quia illi dicitur: Dabo tibi gentes, hereditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ, Psal. 2. Illi reges cum insulis oblaturos esse munera. Ille: lum dominaturū esse a mari usque ad mare, prænunciatum est, Psal. 71. Quod aliqua saltem ex parte impletum est quando q Magis fuit adoratus, Matth. 2. Ille rex regum, & dominus do: minantium, Apocalyp. 19. Sed quid mendicamus? Illi data: est potestas omnis, & in cœlo, & in terra, Iohan. ultimo cap. Quod ad humanitatem referendum esse Hierony. & Angusti: testantur: Quia quoad diuinitatem indubitatum erat, cle: ganter refert & sequitur doctissimus ille Aquinas de regim. princi. lib 3. cap. 12. sub finem: Qui duobus sequentibus
 9 ostendit tā natuitate CHRISTI eius monarchiam etiam quo: ad temporalia cœpisse. Quod plerique omnes sequuntur. Et in his Hostien. in. cap. Quod super his. col. 4. de vot. Et Diuus Antonin. 3. part. tit. 3. cap. 2. col. 5. Jacobus Almaynus. de potestate Papæ. cap. 8. col. 6. rationem in hoc adducens neruosisimam, & per natuitatem intelligens conceptionem il: lam in utero virginis matris terque, quaterque mirabilem. Pro quo facit. l. Qui in utero. ff. de stat. hominum. Adde quod il: le etiam quatenus homo, est caput super omniē ecclesiam, ad:
 10 Ephesios. 1. t. Et caput omnium, etiam qui natuitatem ipsius præcesserunt: siue sint vnti per gloriam, siue per gratiam, siue per fidem tantum, siue sint quandoque vniendi; siue nun: quam, dummodo, sint ad id in potentia: Ita, ut omnes ho: mines

mines huiusmodi ipsius membra mystica sint, ut docet Tho. 3.
 part. q. 8. arti. 3. Adde quod magis demiremur, magisque ob-
 stu pescamus, t ille est caput omnium angelorum. Nam hoc no-
 mine ministrarunt ei, ut habetur Matthæi. 4. Est caput omnis
 principatus, & potestatis, ad Coloss. 2. Et ad Eph. 1. Et pos-
 tus ad dexterā patris in cœlestibus super omnem potestatem,
 & principatum, & virtutem, & dominationem, & omne no-
 men, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam
 in futuro: Et omnia subiecit sub pedibus eius, ad Ephes. 1.
 Quæ omnia conuenire CHRISTO IESV, non solum qua par-
 te est Deus: sed etiam qua parte homo, docuit magnus ille
 Tho. receptus. 3. par. q. 8. arti. 4. Ille denique Sanctus San-
 ctorum, constitutus est iudex viuorum, & mortuorum, Acto-
 rum. 10. Et ne putas hoc ad eum pertinere solum, quatenus
 est Deus, audi illud Iohan. 5. cap. Potestatem dedit ei iudi-
 cium facere: quia filius hominis est. Per quod ita concludit
 post alios sacros authores, sacer & ipse Tho. communiter re-
 ceptus. 1. part. q. 59. art. 2. Erat igitur. & est CRISTVS, e-
 tiam quatenus homo, monarcha totius orbis, etiam in tempo
 ralibus. At papas successor est Petri, & CHRISTI vicarius: iux-
 ta textum in hoc omnium iuris aptissimum in. cap. Licet. de
 translati. prælat. Illi dictum est: Quodcunque ligaueris su-
 per terram. & cæt. Matth. 16. cap. transfertur. in cap. Quod-
 cunque. 24. q. & in cap. A nobis. 2. de sententia excommu-
 nic. Factum ab ipso censetur factum a Deo. Non enim puri
 hominis: sed uicem Dei gerit in terris. cap. Quanto. de trans-
 lat. præla. expresso, & omnium iuris in hoc optimo. Ex quo
 ibi Hostien. infert, idem esse tribunal eius, quod CHRISTI.
 Et gl. sing. ibidem, ideo neminem illi dicere posse: Cur ita fa-
 cis? Et quidam Anglicus relatus per gl. sing. in proœmio Cle-
 men. sic Papam alloquebatur: Papa stupor mundi, qui maxime
 rerum, Nec Deus es, nec homo, quasi neuter inter virumque.
 Et glo. singul. in. cap. Serpens. de pœnit. dist. 1. dixit, perin-
 de sacrilegium committere qui Papæ mentitur, ac qui Deo:
 quia eius vices gerit. Cum igitur CRISTVS virumque pote-
 statem habuerit, & in utraque sibi tam magnifice substituerit
 Petrum: Habuit ergo & utramque Petrus: Habet ergo & ho-
 die

die utramque Paulus. 3. successor eius. Et verum crit illud In-
no. 4. in cap. 1. de constit. ab omnibus receptum: Papæ CHRISTI vicario omnis creatura subiecta est.

13 **X.** Facit, quod t̄ qui benedicit maior est illo, qui benedi-
citur, ad Hebræ. 7. &c. Denique 2 1. dist. Et maior non potest
coargui a minore, iuxta illud: Seniorem ne increpaueris. 1. ad
Timoth. 5. & cap. Paulus. 2. question. 7. facit. capitul. Qualis.
cap. Ques. cap. Laici. ead. caus. & q. quæ fundantur in facto il-
lius pessimi Chaim: Qui se maiorem, nempe patrem irrisit, Ge-
net. 9. Patet & per multa, quæ congerit ex sacris literis Gratia-
nus. c. Pleiūque. 2. q. 7. At Imperatorē & omnes alios reges Pa-
pa benedici. Papa cum opus est coarguit: Ergo maior est illis.

X. Facit, quod Saul primus Hebræorum Rex, a sacerdote
domini, scilicet Samuele vñctus fuit. 1. Reg. 10. cap. Secundus
item, scilicet Dauid. eod. lib. cap. 16. Quem etiam Natā pro-
pheta grauissime reprehendit. 2. Regum. 12. Et Hieremias con-
stituit super gentes, & regna, vt euellat & dissipet, ædificet &
plantet, Hierem. 1. Et c. Solite. de maior. Et si quid difficile &
ambiguum inciderit iubetur Hebræorum populus ad sacerdo-
tes Leuitici generis, & iudicem, qui pro tempore fuerit accur-
rere, Deutero. cap. 17. & cap. Per venerabilem. s. Rationibus.
qui filii sint legit. Quis ergo neget, sacerdotibus subiici om-
nes, etiam laicos, etiam principes supremos?

14 **X I.** Facit, t̄ quod ecclesia militans in star triūphantis est
constituta, iuxta illud Apocalyp. 21. Vidi Hierusalem sanctam
nouam descendētem de cœlo: hoc est, ecclesiam militantem ve-
luti exemplaram a triumphante, iuxta gl. sing. Cl. Ad nostram.
verb. ecclesiæ. de hæreti. Et ita est, una, sicut & triumphans, iux-
ta illud: Vna est columba mea, Cantic. 6. Quod de ecclesia
militante intelligit Hierony. in cap. Loquitur. 24. q. 1. habetur
in symbolo maiore, & symbolo. 4. scilicet. cap. Firmiter. 5. Vna,
de summa Trinit. Ergo, sicut in triumphante vñus est omnium
princeps: ita & in militate vñus est omnium monarcha. Confirmar-
tur hoc ex eo, quod vnius corporis vñus caput esse oportet, alio
qui, monstru dicetur c. Quoniā in plerisq;. de offi. ordi. l. Non
sunt liberis. ff. de stat. hominum: Ergo & vnius ecclesiæ vñus ca-
put sit oportet: & nō est aliud, quam Papa: Ergo propositum.

XII. Idem probatur ratione naturali, eo quod optimū optima decēt. c. Vilissimus. 1. q. 1. c. Licet. 8. q. 1. l. ff. de cōsti. principū: Sicut & pessimū pessima cōsequunt. c. Illud. 8. q. 1. c. Principiū de pēn. d. 2. t At rationū gubernādi, quæ tres sunt, Aristoratia siue optimatū: Democracy siue populi: & Monarchia siue vnius: optima est monarchia, siue regalis, secundū Aristotele. 8. Ethicorū. &. 3. Politicorum: Facit. c. In apibus. 7. q. 1. Et omnium legislatorū optimus & maximus fuit CHRISTVS: Ergo optima rōe gubernādi suā rempublicā Christianā instituit. Et ita vnum est totius ecclesiae siue Reipublicæ Christianæ princeps, & non aliis quam Papa: Ergo ipse.

XIII. Faciunt aliae tres rationes naturales, quod nemo dat quod non habet, neque non habet quod dat. c. Quod autem de iure patronat. l. Si vniuersit. C. de legat. Et quod maior potest, id quod minor. c. Illud. 95. dist. c. Historia. 33. q. 2. Et quod cui, quod est plus licet, licet etiam quod est minus. c. Cui plus, de reg. iur. lib. 6. l. Non debet. ff. eo. At Papa dedit potestatem eligendi & faciendi Imperatorem: Papa dat potestatem gubernandi temporalia, iuxta citata in. 3. arg. Eti spē gubernat spirituallia maiora vtiq; temporalibus. c. Illud: de maior. & est maior Imperatore: Poterit ergo Papa gubernare temporalia.

XIV. Facit illa ratio naturalis: quæ dictat, t cius esse iudicare de mediis, cuius est de fine. l. De qua re. ff. de iudiciis. l. Oratio. ff. de sponsal. Ut medicinæ ars, cuius finis est sanitas, iudicat de mediis sanitatis. cap. Tua. de homicidio: Et ars militaris, cuius finis est victoria, iudicat de equestri, quæ ad illam est necessaria, Et equestris iudicat de frenefactiua: & generaliter, vt Aristoteles primo. Ethicorum docet, in omnibus artibus, & potestatis ordinatis, illa, cuius finis est altior, & potentior, præcipere debet, & dirigere illa, quorum finis inferior est, & ordinatur ad illum finem altiorem: Ut ars architecti, cuius finis est ipsa domus tota, præcipit, & dirigit artes illas aliorum artificum, quarum finis est inferior, & subordinatus illi altiori fini: Quales sunt lapidicidæ, lignicidæ, & id genus. aliae. At certum est potestatis Papæ finem esse fœlicitatem æternam, & omnes in illam dirigere: & potestas secularis quoddam medium est tendendi in cum. cap. Princeps.

cap. Princeps. 22. q. 5. ibi: Sæpe regnū cœleste proficit per terre
nū: Facit. c. Régū. ead. causa, & q. c. Vides. ead. causa. q. 6. Ergo
ad Papā pertinet potestatem secularem iudicare. Quod elegan-
ter expressit Henricus a Gandauo Q uolibet. 6. articulo. 23.

XV. Facit illa ratio naturalis, quod sicut corpus est pro-
pter animam: Ita temporalia sunt propter spiritualia. Et tui finis
corporis est anima: Ita finis temporalium sunt spiritualia, & per
consequitionem potestas temporalis est, propter spiritualem,
atque ideo potestas spiritualis iudicat de temporali, & dirigit
illam, veluti medium, quo tenditur in suum finem.

XVI. Facit illa ratio naturalis, quæ dictat, t commissio uno
censeri commissa illa, sine quibus id expediri non potest. I. 2. ff.
de iurisdictio. omni. iudi. cap. Præterea. de offi. deleg. Imo etiā
illa, sine quibus id expediri quidem potest, sed non commode.
I. penul. ff. de vſufruct. I. Quicunque. 5. Si ei, qui ad venden-
dum. ff. de insi. Per quod pulchre reprobat Areti. in. cap. De
testib. de testib. glo. singu. quæ secunda est. cap. Solet. de sen-
tentia excommunicationi. li. 6. Sicut etiam pulcherrime ait
Bär. in. l. Ambitiosa. num. 17. ff. de decret. ab ordine faciend.
quod commissio arbitrio super statu pacifico Republicæ, cese-
tur data potestas cōpellēdi ad cōcordiā ciues ēt particulares.

XVII. Postremo t hæc opinio videtur definita pro vera in Extraua-
gan. Vnam sanctam: de maiori. & obe. Primo quidem quate-
nus habet, subesse Romano pontifici, omni humanæ creaturæ
esse de necessitate salutis. I. I. quatenus prope medium ait: Qui
in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male ver-
bum attendit Domini, proferentis: Conuerte gladium tuum
in vaginam. III. Ibi iterum: vt erque est in potestate ecclesiæ,
spiritualis gladius, & materialis. IIII. Ibi: Oportet gladium
sub gladio esse, & temporalem autoritatem spirituali subiici
potestati. V. ibi: Lex diuinitatis est, infima per media in supre-
ma reduci. VI. ibi: Non ergo secundum ordinem uniuersi
omnia & que immediate: sed infima per media, inferiora per su-
periora in ordinem rediguntur. VII. Ibi: Spiritualis pote-
stas terrenam habet instituere, & iudicare, si bona non est.
VIII. Ibi: Spiritualis iudicat omnia: Quis ergo catholi-
cus neget apud Rom. Pontificem esse vitramque potestatem,

alteram in actu, alteram saltēm in habitu?

Hęc sunt, amplissima & ornatissima concio; fulcrum illa, quibus hęc sententia communis annitens, regina veluti quędam magna stipante catherua, incedit: quam mille sequuntur non (ut ille ait) oreades; sed insigni authoritate doctores. Quorū de numero sunt Innocenti. hic cum Host. gl. & Iohan. Andr. Quos Petrus ab Ancha. Anto. a Butr. Panor. Imol. Andr. Sicul. Fel. n. & Dec. sequuntur: glo. item Hostiens. Pan. Præposi. & Communis in. c. Causam quę qui filii sunt. leg. Archidi. & Cardin. Alex. in. cap. Quoniam. 10. distin. & Alex. in. c. Cum ad verum. 96. dist. Oldr. consil. 81. Bartol. item in l. i. s. Præsides. ff. de requirē. reis, innuens contrariū esse hæreticū, & quasi ob id hærefoes fuisse damnatū Dantem Florentinū, poetā alio qui celeberimū. Bartol. item eleganter in Extrauag. Ad reprimendā in verb. Totius orbis. Paul. Castrē. in. l. Non ambigitur. ff. de leg. Augustinus Anchonita. dē potest. eccles. Antoninus. 3. parte. ii. 26. c. 14. s. 17. Prieras. uerb. Papa. q. 10. &. 11. Iohān. 20. Selestadiēs. in Quadriuio. prima part. col. 1. Nouissime † Hie rony. Balb. episcopus Corsens. vir varia lectione, & eruditione insignis, in li. de coronatio. Imperatoris ad Carolum. 5. qui nūc feliciter imperat: non semel hanc tenet. Quamuis frequenter in contraria inclinet. Quam nescio aut indiligentia lapsus im posuit Barto. in prædict. locis: cum tamen Antoni. a Rosellis, in tractat. de potestat. Imperator. col. 15. arguerat, & lugeat, illum adhæsisce huic, quam nunc fundauimus, cōclusioni com muni. Idipsum imposuit idem Hierony. Innocen. in. d. cap. Li cetur, de for. compet. qui tamen expresse ait, Imperatorem suum Imperium habere a Papa. Idipsum imposuit etiam Archid. in. cap. Duo. & c. Si Imperator. cap. Cum ad verum. 96. dist. In quo rum nullo, de hac cōclusione ullum uerbū fecit. Eadem impo nit etiam Hostiens. in Summa. tit. de appellatio. in. s. Quoniam, qui nusquā est. & in. s. Aquo. 2. col. vbi aliquid ad hāc rem per tinens dicens, cōmuñorem potius amplectitur, si satis perpen datur, sicut & illam amplexus fuit in Summa tit. qui filii sint le git. s. Qualiter, & a quo. 3. col. Deniq; hanc esse opinionē cō munem affirmat Pan. Inn. c. Si duobus. §. Deniq; de appellatio.

Huius tamen conclusionis frequentius receptę gloriam multa

¶ multa interturbant: & adeo quidem, ut me quoque ipsum, qui olim ab ea stabā, pridem in diuersam vi sua traxerint seruentiam. Quā etiam desumuntur ex ratione canonica. Cesarea, diuina supernaturali, & naturali.

Et primo quidem ex canonica deligitur hoc, c. multipliciter in hoc expensum. Primo quatenus author eius Innocen. 3. de supraea laica potestate Francorum inquit, illam esse Regis illorum, non obscure inueniens, eam ad se non pertinere. Secundo vero, quatenus inquit, non esse sui propositi illam perturbare: cum tamen id nequiusset omittere, si ad Papam illa spectasset. Quia negligentia conseruandi res Ecclesiae suae, peccatum est prælato. c. In canonibus. 16. q. 1. c. Irrefragabili. de offic. ord. & non quale quale peccatum: sed mortiferum, si est magna, secundum gl. multis sing. in c. Ea quā. de offic. archi. Imo & dignum, propter quod quis deponatur ab officio, secundum gl. etiam multis sing. in c. Dictum. 81. dist. Tertio vero, quatenus innuit ita se habere Papā ad Francorū Regis iurisdictionē, ac Rex ad iurisdictionē ipsius: At constat iurisdictionem Papæ nullatenus spectare ad Regē: Ergo nec illa quā Regis est pertinet ad Papā. Quod autem Innoc. loquatur de supraea laica potestate patet. Nā ipsemet assleruit in c. Pet venerabilem, qui fil. sunt legit. Francorum Regem, de cuius iurisdictione, & potestate hic agitur, nemini esse subiectum: Quarto, quatenus probat non potuisse vlo modo Papam cognoscere de hac causa, vi erat feudalis contra Regem Franciæ, ordinaria via: sed solum extraordinaria, s. denunciationis, eo, quod allegabatur, peccate mortaliter non restituendo illud fēdū Anglo. At si superior eius fuisset, potuisset cognoscere aliquo modo de hac cā, et quatenus erat feudalis, et ordinarie. Quoniam cum inter Dominum, & subditum est contencio de feudo, non cognoscit dominus: sed ordinarius, si non sunt pares curiæ. cap. 1. de controversi. feudi apud pares curiæ, 8 & c. Imperiale. §. fin. de prohi. feud. alien. per Freder. vbi gl. recepta: Imo & si sint pares curiæ, si tamen illi sint suspecti, ordinarius cognoscit, secundum Bal. in d. §. fin. & Præpo. in c. 1. num. 1. de investitur. in marit. facta: Cū igitur Inno- cē. 2. præsupponat hic nullo alio modo, quā rōe peccati posse

cognoscere de hac causa, clare præsupponit, nullo modo esse suum ordinarium.

II. Facit, quod August. in cap. Quo iure. 8. dist. iura humana ideo ait iura temporalium Imperatorum esse. Quia Deus per Imperatores, & rectores seculi ipsa iura humana distribuit humano generi. Audis, non Papam, sed Deum per Imperatores iura humana humano generi distribuere. Neque aliud sentit Gregor. Nazianzen. in .cap. Suscipitis. 10. dist. Cyprianus item relatus in .cap. Quoniam. ead. distin. sic lo-
23 quitur: Mediator Dei, & hominum + homo. CHRISTVS
I E S V S sic vtriusque potestatis officia discrevit, vt Imperato-
res pro æterna vita pontificibus indigerent: & rursus pontifi-
ces pro temporalium tantummodo cursu, Imperatorum legi-
bus vterentur. Audis, CHRISTVM discreuisse vtriusque po-
testatis officia: Audis, Papam egere Imperatore quoad bona
temporalia. Audiamus nunc Nicolaum idem repetentem in .
cap. Cum ad verum. 96. distin. & addentem: Postquam ad ve-
rum. i. CHRISTVM ventum fuit, nec Imperatores iura pon-
tificis arripuisse: nec pontifices iura Imperatorum usurpare.
An non clare distinguit vtriusque iura?

III. Facit, quod Gelasius Papa ita Imperatorem alloquitur in c. Duo sunt. 96. distin. Duo sunt quippe Imperator Augu-
ste, quibus principaliter hic mundus regitur, authoritas sacra
pontificum: & regalis potestas. Audis verbum, duo. Adde;
24 + quod ex.c. Constantinus. eiusdem. 96. d. iuncto.c. Fundamē-
ta. de electi.li.6.&c. Futuram. 12.q. 1. colligitur, p donationē
Constantini conuenire Papæ supremam in vrbe Roma laicam
iurisdictionem, & non ex suo summo pontificatu. Omitto.cap.
Nos si incompetenter. §. Sed notandum. 7. q. 1. qui non soli-
tus in hoc allegari habet, duas esse personas, quibus mundus
iste regitur, regalē scilicet & sacerdotalem. Et sicut reges præ-
sunt in causis seculi: Ita sacerdotes in causis Dei. Et paulopost
habet, quod sicut Ozias a domino percussus est: quia sacerdo-
tum officia usurpare non licuit: sic sacerdotibus, & prophetis re-
gum officia usurpare non licuit. Quid clarius potuit dici in
huius partis confirmationem?

III. Facit, quod Ambrosius in .cap. Conuenior. 23. q. 8.
dixit,

dixit, ad Imperatores, palatia: ad sacerdotes, pertinere ecclesias.
 25 Et Innoc. 3. in cap. Solitæ. de maior. † & obed. Papam Soli, &
 Imperatorem Lunæ confert: sed Luna non fuit per Solem facta;
 nec a Sole dependet: immo in diuerso defertur in cœlo. Quia
 defertur in primo, cum tamen Sol deferatur in quarto: Ergo
 nec imperator sit a Papa, nec dependet ab eo.

V. Quod Honorius 3. in cap. Tuam. de ordi. cogni. præsupponit, se quidem idoneum iudicem ad cognoscendum de natibus reginæ Cypri: ad cognoscendum vero de successione, non ipsum, sed regem Francorum existere competentem. Et Alexand. 3. in. cap. Causam, quæ. 2. qui fil. sunt leg. respondit, ad regem, & non ad ecclesiam pertinere de possessionibus cognoscere. Et addidit. Ne videamur deirahere iuri regis Anglorum, qui ipsarunt iudicium ad se asserit pertinere. Audis iurisdictionem aliquam esse, quæ ad regem Anglorum, & non ad Papam pertinet. Idem Alexand. in. cap. Si duobus. §. Denique de appella. declarat, extra terras ecclesiæ, non posse ad ipsū appellari a iudice ciuili, nulla inter supremā, & inferiorē, facta differētia. Quin & glo. singul. in. c. Quoniā. d. 10. tenet ab Imperatore ad Papā non posse appellari. Quod tot seruat Christianismus.

V I. Faciunt multa, quorum præterco inductionem, scilicet cap. Quæsitum. 23. q. 4. & c. Princeps, & c. Regum. 23. q. 5. & c. Celebritatem. de consecrat. d. 1. Referam tamen Extra-
 26 nag. Meruit. de priuileg. per quam † Clem. 5. in gratiam regni & regis Francorum declarauit, nullum eis fieri præiudicium per Extraug. illam: Vnam sanctam. de maior. supra in ultimo fun-
 damento alterius partis relatam.

VII. Idem probatur ratione Cæsarea, qua Imperator dominus dicitur mundi. l. Deprecatio. ff. ad. l. Rhod. de iactu. l. Bene a Zenone. C. de quadri. prescription. l. 2. §. penultim. C. de iureiur. propter calu. dand. l. 1. §. Et cum lex. C. de rei. vxor. Non est igitur Papa dominus mundi: cum duo insolida nequeant esse domini. l. Si ut certo. §. Si duobus. ff. commoda.
 27 Adde, quod † Papa Iohannes scribens Iustiniano præposuit, nomen illius suo: cum tamen Iustinianus scribens Papæ contra fecerit, ut habetur in inscriptionibus. l. Inter claras, & legis sequentis. C. de summa Trinit. Quod non videtur fuisse factu-

rus Papa Ioh. si superior fuisse Imperatore in omnibus, tam tē
po. alibus, quā spiritualibus: quia indiscreta videri potuit illa
modestia arg. cap. Cum humilitatis causa mentiris. si antea non
eras peccator, mentiendo efficeris. 22. q. 2.

VIII. Facit, quod Cæsar in. l. 1. C. de veter. iur. enu. ait,
Imperium traditum esse a coelesti maiestate Imperatori. Idem in
princi. Auth. quomodo oporteat episcopos. coll. 1. testatur,
28 + maxima dona Dei a superna clementia donata esse, sacerdo-
tiū, & Imperium. Illud quidem diuinis ministrans: Hoc autē hu-
manis præsidens. Et utraque ab uno eodemq; principio proce-
denta, humanā exornare vitā. Quid clarius dici potuit? Audis,
utrunque donum a superna clementia collatum. Audis, vitrum
que ex uno eodemque principio manare. Non igitur alte-
rum ab altero. Idem in Auchen. de nō al nena 1. s. Sancimus.
coll. 2. dixit, Imperium a sacerdotio parum differre: Quod ne
quit intelligi quoad dignitatem & perfectionem: cum tanto sit
Imperio sacerdotium sublimius, quanto aurum plūbo. c. Duo
sunt. 96. d. Ergo intelligendum est quoad originem, eo quod
utrumq; manata Deo immediate. Quod est propositio nostra,
29 idem in Auchen. de instrument. fide. & caut. s. Quia igitur. coll.
6. dicit, Imperium a Deo de cœlo institutum: Suprema ergo po-
testas laica nō nascit ex eccles. nec penes ecclesiæ principē est.

IX. Facit id, quod refert Albe. in. l. Bene a Zenone. C. de
30 quadri. prescri. nu. 16. scilicet + Ludouicum a Bauaria cum ele-
ctoribus condidisse legem quandam, relatam ab ipso ibi ad
verbum, quæ declarabat potestatem Imperatoriā esse immedia-
te a Deo: & incurrit crimen laxæ maiestatis, quicunq; diceret
electum in Imperatore ante coronationem nō esse verum Im-
peratorem, uel nō posse administrare Imperium. Quam legem
Albericus ait iustum uisa n̄ fuisse iunc multis prælatis, & erudi-
31 tis viris R. m. x, ubi iunc ipse agebat. Facit, & epistolat Philippi
regis Francorum cognomento Pulchri ad Bonifatium. 3. con-
ditorem p̄ed. & extraug. Vnam sanctam, qua indignabun-
dus ad: o. vt nec ab iniuriis sibi temperet, negat Franciam, eius
que regem in temporalibus subiici Papæ. Quod & satis innuit
p̄edicta extraugans: Meruit. de priuileg. allegata in argumēr.
32 p̄ecedenti. Facit, quod + omnes Hispaniæ reges, qui se credunt
nemini

nemini subiacere in temporalibus, iuxta glo. multis sing. in. c.
 Adrianus. 63. distin. quæ tamen habet similem in cap. Et si ne-
 cessit de donat. inter vir. & uxor. eo sunt animo, ut prius suam,
 suorumque vitam cum morte cōnūtent, quam se fateāut sub-
 jectos, & (vt cum vulgo loquar) vasallos Papæ in temporalibus:
 Quis enim eorum ferat subditum suum a seipso ad Papam ap-
 pellantem? Quis eorum patet Papæ iubenti, ne in illa, vel illa
 causa prophana cognoscatur? Quis eius legitimatioē quoad
 successioē temporalē in suis regnis recipiat? Quis legib⁹
 eius contrariis suis, ex ea spiritualiē materialiē patet? Qui
 etiam horum regnicolæ audiant æquo animo suos reges subes-
 se Papæ in temporalibus? At vel oportet discedere ab opinio-
 ne communī, vel fateri: & reges & eorum subditos perseverare
 in peccato mortali, & confessarios eorum nō posse illos absolu-
 uere, circa sacrificii crimen. Cum igitur hoc non sit conce-
 dendam, concluditur opinio communis falsa.

X. sacris litteris, sive iure diuino [supernaturali], hoc ipsum
 demonstratur. Nam t̄ Saul rex primus Hebræorum a Deo fuit
 electus & factus, non a sacerdote: licet per sacerdotem illa elec-
 tio fuit publicata, & vñctio ministerialiter celebrata. 1. Reg.
 gum. 10. c. Quod habet, Samuelem dixisse Sauli: Vnxit te
 Deus super h̄x editatem suam. & iterum: Vnxit te Deus in prin-
 cipem. & paulo inferius: Certe videtis quem elegit domi-
 nus. David item secundus Hebræorum Rex non fuit electus
 a Samuele: sed a Deo. 1. Reg. 16.

XI. Etiam sacris litteris probatur, eo quod nunquam in eis
 legitur t̄ Saulem, vel Dauidem, vel ullum alium Hebræorum.
 Regem subiacuisse quoad temporalia sacerdotibus, nec ei obe-
 disse in illis, saltē qua parte sacerdotes erāt, quāvis qua parte nū
 cii erāt Dei, obedire tenerent: sed illud: nō erat obedire sacerdo-
 tibus: sed Deo, arg. c. Cū aliquibus de rescript. lib. 6. c. Hi, qui.
 de præb. cod. li. l. Qui aut. §. fin. cum. l. sequenti. ff. de constit. pe-
 cu. per quam singulariter probatur, et directā actionē queri ali-
 cui, p̄ liberā personā, quādo illa interuenit ut nuncius. Imo in. c.
 Nos si incōpetēter. s. Sed notandū. habetur t̄ singulariter, Daui-
 dem præfuisse sacerdotib⁹ in causis secularibus: subiacuisse ve-
 ro illis in causis Dei, &. 3. regū. 1. propheta Natā appellat Daui-
 dem

dem dominum suum, per illa verba. Domine mi Rex, & per illa: a domino meo Rege: & per ea: mihi non indicasti seruo tuo. Et Reges superiores fuisse sacerdotibus, fatetur etiā Tho. de reg. princip. li. i. c. 14. vers. Quia igitur. Vnde. 3. regum. c. 2. Salomon. in regni sui principio, dum adhuc esset iustus, Abiathar sacerdotem deiecit a sacerdotio: Ergo superior eo erat, argum. c. Cum ex iniuncto. de hæret. c. Cum inferior de maior, & c. inferior. 21. distinct.

XII. Facit, quod etiam in Euangelio seruator noster iubet reddi ea, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: quæ sunt Dei, Deo. Matth. 22. c. Conuenior. 23. q. 8. Imo quod maius est, tributum soluit illi pro se, & pro Petro, Matth. 17. & c. Tributum. 23. quæst. 8.

XIII. Facit, quod illa duo luminaria totius orbis Christiani Petr. & Paul. apostolorum principes, quibus hic dies sacer est, id manifeste videntur docuisse. Petrus quidem in 1. Epistola. c. 2. qui relatus in c. Solitæ de maiorit. & obedien. iubet omnibus Christianis, obedire Regibus, etiam ethnicis, quales tūc omnes erant. Paulus vero ad Rom. 13. & ad Titum. 3. relatus in c. Conuenior 23. q. 8. & in c. 2. de censib. præcipit, vt omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Quos constat non cœpisse quicquam a Petro, quippe qui essent ethnicī: sed a Deo ipso, vel a populis, qui eam ab eo acceperunt, iuxta illud: Omnis potestas a Deo est, ad Rom. 33 13. Idem item Paulus relatus in c. 1. ne cleri. vel mona. ait 1. ad Thimot. 2. Nemo militans Deo implicat se negotiis sacerdotibus: Qui vero maxime militare Deo debet, Papa est. c. Si Papa. qo. dist. Ergo non debet esse penes eum potestas, saltē summa omnium sacerdotium: Nec ergo laica totius vniuersi potestas.

XIV. Ratione naturali id ipsum ostenditur, eo quod illa suadet, singula officia singulis esse committenda personis. c. 1. 89. dist. c. Cum singula. de prab. lib. 6. l. Nemo. C. de adfess. & l. Consulta. C. de testa. Et ideo excepta necessitate, nemo deber esse carnalis simul & spiritualis pater eiusdem cap. Ad ligna. 30. q. 1. + Nec Comes palatinus proprium legitimathilium, secundum glos. singularem. cap. Per venerabilem verb, regi.

regi. qui filii sint legit. quain sequitur Ancharr. consil. 320. Primum dubium. 3. dubio. Antho. a Rosellis de legitimat. in. cap. De causa materiali. m. 12. Ioh. ab Anna. cōsil. 29. Visa Imperiali : dubio. 3, quamvis contra tenuerit Bal. in. l. Si con sul. 4. q. ff. de adoptio. & Bologninus in additio. consilii præfa 35 ti Iohannis : + At monarchia spiritualis , siue sumnum sacerdotium , & sumnum imperium , siue secularis monarchia: duo sunt munera distincta , & non quomodo unque: sed ut aurum , & plumbum. cap. Duo sunt. 96. d. Imo. & ut duo luminaria diuersis præsidentia . cap. Solitæ. de maiori. Et ut duo dona maxima Dei , Au:hen. quomodo oporteat episcopos, collat. 2. in princi: Ergo non sunt committenda vni , aut certe melius committuntur duobus. At Dei opera sunt perfectissima, Deute: 32: Ergo illa duo non vni : sed duobus fuere a C H R I S T O summo Deo commissa .

X V. Facit illud ab hac ead. naturali ratione manans : Qui ad virumque festinat neutrum bene peragit. I. Nemo. C. de assensi. Et illud: Pluribus intentus minor est ad singula sensus : Et illud: Psalterium cum cithara male concordat . cap. Quod atque, cap. Diuersis fallaciis. de cleri. coniugat.

X VI. Facit ratio canonica mixta naturali , ob quam in. c. Tequidem. 11.q. 1. + Petrus sic alloquitur Clementem destinatum Papam: Oportet summo te studio niti, Clemens, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias ne fideiussor existas , nec aduocatus fias , neue in ulla alia occupatione mundialis officii prorsus inueniaris, ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare. In quibus verbis pondero primo illud , omnes vitæ huius occupationes , per quas certum est intelligi seculares. II. Illud , ne fideiussor existas . III. illud, ne in ulla prorsus. IIII. illud, ne præfocatus præsentibus hominum curis. V. illud , non possis verbo Dei vacare. Constat enim, & id quidem patam, eum, qui summam, præsertim omnium Christianorum, potestatem laicam habet, non posse præcepta hæc seruare: Ergo videntur hæc duo munera secum pugnare, vt qui dam male dixerunt, aut certe magis conuenire, vt illa diuersæ subeant personæ. Quod subiicit ille canon in illis verbis : Hæc uero opera quæ tibi minus congruere diximus, exhibeant sibi inui-

40 inuicem vacantes laici. Audis minus congruere? Adde, + quod Romulus Romanorum ille rex primus legem naturæ solam doctus, instituit sacra, & qui illa peragerent sacerdotes a se distinguitos, Marco V arrone, Dyonisio Halicarnasseo, & Antoni Cocio testibus. prospiciens vir prudens se non posse Imperio simul, & sacerdotio facere satis, & quod post illum ea in melius reformauit eius successor Numa Pompilius solam item legem naturæ doctus. Sed + Moyses Hebreorum dux ille primus, & optimus, ratus etiam non posse ab uno temporalia, & sacra omnia iuste curari, Aaroni hæc, illa sibi curanda partitus est:

Postremo, vt finiamus in ratione pontificia, a qua etiam incepimus, facit, & neruose quidem cap. Per uenerabilem, qui fil. sint. leg. primo, quatenus de rege Francorum ait, neminem eum superiorem in temporalibus recognoscere. Quod certe nō dixisset, si ipsemet, qui dicebat, fuisse illius superior in illis.

Secundo facit, quatenus de rege ipso uerba illa subdit, nostræ iurisdictioni subiictere se potuit. Nonne aperte indicat eum non esse iurisdictionis Papæ quoad temporalia, sine subiectione voluntaria? Audis enim, potuit, & non debuit. Tertio facit, quatenus probat, regem Franciæ, posse legitimare subditos suos quoad temporalia, sine ullius consensu. Quod facere non posset, si Papam recognosceret superiorem: ut etiam ipsemet Papa ibidem palam probat.

Haec sunt, amplissima, & ornatissima concio alia pedamenta, quibus, veluti sublimibus erecta columnis supra maxima potestas laica, in coelum usque suum caput extollit, & se Ioue illo summo natam sibi persuadet, ac gloriatur: Quod iure facere posse affirmat Iohannes Theutho. vir undequaque doctissimus in scholiis. cap. Quoniam. 10. dist. & sentit in. cap. 1. 22. dist. & in. cap. Cum ad uerum. 96. disti. Franciscus item a Zabareillis Cardinal. Floren. in præsenti, & Bald. in rubri. digestorum. col. 2. parum memor Bartol. contrarium tenentis, dixit omnes legistas tenere pro maxima, Imperatorem Romanorum neminem habere in temporalibus superiorem. Idem Iohannes Parisiensis theologus ordinis prædicatorum doctor antiquus in lib. de potestate Papali, & Imperiali, quem sequitur Albe. in. l. Cunctos. num. 9. &. 20. C. de summa Trini. & in. l. Bene a Zenone.

nōne. C. de quadri. præscript. n. 16. Hoc idem sentit Cosmas
in procœmio pragmat. sanctio. Galli. Idem Gulielmus Ocam,
& eius protector Iacobus, in libris de potestat. Papæ. Idem lo-
annes cognomento Maior. in 4. dist. 24. q. 3. & super Mathe-
um. c. 16. Idem Antonius a Rosellis de potest. Im pat. col. 15.

ID E M etiam ipse adhæreo, & per prædicta, po-
steaque dicenda credo primo, non esse tenendum
cum his, qui dicunt, potestatem supremam laicam
oīum regum, non solū habitu: sed etiam actu
esse penes Papam. Neq; cum Communī nostro-
rum, supremam potestatem laicam esse saltem in habitu pe-
nes Papam. Neque cum aliis affirmantibus, potestatem laicam
supremam adeo repugnare supremæ ecclesiasticæ, ut ambæ si-
mul in una & eadem persona concurrere nequeant. Neque
cum aliis, qui dicunt, ecclesiasticam nullatenus extendi ad
temporalia. Neque cum his, qui affirman, duas prædictas
easdemque summas potestates, ecclesiasticam nempe: ac lai-
cam, non posse concurrere in eadem persona. Imo affirma-
mūs etiam nunc. & iuste concurrere in Pontificibus Romanis,
qui qua parte sunt Pontifices summi, summam ecclesiasticam
habent, qua vero sunt Reges supremi Vrbis Romæ, ac mul-
tarum aliarum terrarum donatione Constantini, Caroli Ma-
gni, & aliorum Imperatorum, summam laicam habent in eis-
dem terris. Credimus autem id, quod notabile hoc nostrum
tertium habet, scilicet Romanum Ponti. quatenus solum est
Roman. Pontifex, & vicarius CHRISTI summus: sed nudus
ab omnibus priuilegiis; & donariis humanis: nullam habere
potestatem laicam, neque sumnam, neque medianam, neque
infimam, neque actu, neque habitu, habere vero id, quod
nostra conclusio affixa valuis habet, scilicet potestatem eccl-
esiasticam noue a CHRISTO seruatore nostro institutam,
qualis nunquam ante illius institutionem in orbe fuit. Quæ-
que est species potestatis distincta a laica, & longe nobi-
lior ea: ut aurum est species metalli distincta a specie plumbi,
& nobilior ea. Quæque directe solum amplectitur supernatura-
lia: indirecte vero eatenus naturalia, quatenus sunt necessaria
ad con-

ad consequotionem finis supernaturalis, ob quem sunt instituta.

Ex qua resolutione & argumentis pro vtraque paree supra formatis dico, & iasero primum, errare Bart. in. l. 1. s. Praesides. ff. de requir. reis. dum significare videtur haereticam esse quā elegimus, opinionē, & ob id quasi damnatū fuisse Dātem Floren. poctam celeberrimū, & qui eam affirmat haereticos. Tum, quia haeresis est dogma peruersum fidei Christianæ contrarium: iuxta. cap. Hæc est fides. 24. q. 1. & glo. fin. candēque memorabilem Cle. 1. de haereti. quā commedat Panor. in tracta. de concilio Basilien. in. 2. dubio. Hæc autem opinio licet falsa esset: non esset tamen eiusmodi. Tū quia eius contradictionia neq; sacris litteris cōtineat, neq; ab ecclesia determinata est. Tum quia nō est haereticus, qui haeresim sine pertinacia tenet, Cle. 1. iūcta gl. in verb. pertinaciter. de usuris, & Cle. 1. s. Porro. iūcta glo. verb. 42 pertinacia, de summa Trinita. † Pertinaciter vero is aliquid tenet, qui adeo affirms impudenter, vt sit irrevocabilis, indocilis, & obstinatus, secundum glo. in dicto. s. Porro. Vel certe qui non credit illud, quod scit esse fidei Christianæ, vt preclare declarat Tho. a Vio. 2. Sec. q. 11. art. 2. Vel, vt ipse addo, quod esse fidei debet scire. Quales non sunt, qui hanc opinionem tenēt, vel tenuerunt. Quippe qui parati sunt & fuerunt corrigi, nec sciunt, vel scire debuerunt, id esse cōtra fidē catholicā. Tū, quia Parisiensis schola nullatenus esset passa, vt sui doctores hanc partem libellis editis defenderebant, si putassent illam haereticam. Quod tamen non solum passa est, & patitur quotidie: sed etiā videtur eam comprobare. Neque putet aliquis idē, quod Bart. tenere Durādum de iuris. eccl. q. 1. col. parua. 19. Quoniam licet id uideri posset negligentius cū legenti: tamen lōge aliud ait. vi. in. 6. notab. dicam.

II. Errare Ant. a Rosell. vbi supra fol. 7. col. 4. quatenus ait, 43 † haereticum esse, & insanum tenere communem opinionem contrariam nostri notabilis, & hoc peius errat quam Barthol. meo iudicio: quod multo magis, quam ille affirms. Nam & assueverat illud, quod ille non facit. Is error eisdem fere fundamentis, quibus praecedens confutari potest.

III. Errat, ut pace eius loquar, praedictus Hieronymius Balbus.

bus. cum in pagi. 26. prædicti.lib.de coronatio. ait leges in hac
conclusione sibi vbiique constare : canones vero diuersis, & in
44 ter se male cohærentibus sententiis consiliari. † Tum quia nul-
la est inter canones non abrogatos contrarietas, iuxta proce-
mum Gregorianum . Tum, quia fidem abrogat Romanorum
pontifi. decretis contra.cap.Si Romanorum, 19. distin. Quan-
quam fateor, non esse accipienda illa, ueluti scripturas sacras,
quicquid legatur in.cap.In canonicead.distin. Quoniam frag-
mētum illud corrupte dēsumpsit Gratianus, ut videre est in Ar-
chetypo apud Augustin.lib. 2. de doctrina Christiana.cap. 8.
Quod latius monuimus cum illud·cap.Salmanticæ interpreta-
reinur.Nec obstant ea, quæ Hierony. mouere potuerunt.Nam,
Deo duce, belle nos conciliabimus canones ; qui illi videntur
compugnare .

III. Errare eundē Hierony. in ead.pag. 26. quatenus ait
nec ius canonicum, nec ciuile satis virium, vel firmitatis habere
ad dirimendam hanc quæstionem, eo quod non est credēdum
plus voci mortuæ , quam viuæ.l. In exercendis.C.de fid.instru.
& quod Papa , & Imperator , qui hodie viuunt, non admittie-
rentur testes in hoc négocio , ne in sua causa testificarentur ,
cōtra.l.Nullus.ff.de testib.Ergo nec uoces mortuæ prædecesso-
45 rum suorum admittendæ sunt. † Hæc enim sententia vt cunq;e
toleraretur quoad ius civile , & ipsius authores , iuxta ea, quæ
notat Oldradus consil.69.col.3. Quo ad sacros tamen cano-
nes, eorumque authores minus mihi uidetur modesta. Quo-
niā primo , principalis fidei declarandæ potestas penes Ro-
ma. pontifi. est, secundum Hierony.in.cap.Hæc est fides.&c.
Quoniam vetus oriens. 24.q.1. Deinde quod Innocen.4.quo,
ipso Hierony. teste pagina. 18. nemo syncerius incorruptius-
que sacrorum canonum fontes referauit , in. cap. Licet ex su-
cepto . de foro compet. pronunciauit , temerarium cum, qui
negaret adhibendam esse in his fidem sacris canonibus. Po-
stremo meminisse debuerat se ordinis esse dominicani &
Thomam dominicanorum ducem , cuius doctrinam in cœ-
lum vsque non injuria extollit ipse , in illa esse opinione. 2.
46 Sec. quæst. 11. arti. 2. vt putet Papam qua parte Papa est, in
his , quæ fidei sunt , errare non posse . Quod diligenter
annota-

annotauit ibi Tho. a Vio , reprobans per hoc Panor. qui
 in . cap. Significasti . de electio. dicebat , dictum unius pri-
 uati , præferendum esse dicto Papæ , si efficaci niteretur ratio-
 ne. Thomam etiam sequitur Diuus Autoni . 3 . parte tñcul.
 22 . cap. 6 . § . 18 . At constat omnes canones vniuersales
 editos fuisse a Romanis Pontifi. quatenus sunt vel fuerunt Pa-
 pæ , vel eorum authoritate: Ergo secundum opinionem Tho-
 mæ non potuerunt Romani Pontifi. in hoc errare . Neque se-
 cundum aliam , tam facile , ut ipse innuit . Adde quod virum
 episcopum , & alioqui perdoctum non debuerunt mouere il-
 la fragilia, imo falsa fundamenta . Nam secundum receptionem
 47 sententiam , licet t Papæ , & cuilibet alii principi non agnoscen-
 ti superiorem in sua propria causa , sive patrimonii , sive delicii
 ius dicere . cap. Cum venissent . de iudi. vbi glo. Panor. & alii ,
 quos citauimus ibi post Dec. nu. 5 . & l. Proxime . ff. de his , quæ
 in test. del. Vbi Barto. & alii . Quanto magis in causa suarum
 48 dignitatum t in qua etiam inferior , nisi alias recusetur , iudex
 est competens , iuxta glo. celebrem . cap. Siquis erga . 2 . q . 7 com-
 muniter receptam in . d. cap. Cum uenissent . per Panor. & alios ,
 quos retulimus ibi post Deci. nu 6 . & Iason in . l. Qui iurisci-
 tioni . col. 1 . & . 3 . ff. de iuris. omni. Licet item etiam inferiori-
 bus prælati regulariter ; testificari in causis suarum ecclesia-
 rum . cap. Insuper . vbi Panor. notabil . primo annotauit , & dila-
 tat Felin. in princi . cap. Cum nunciūs , codem . tir. post Inno.

V. Errare etiam eund. Hierony. cum in pag. 28. plus sauis
 49 extollens t nunquam satis laudatum Thom. neminem ait , sine
 hæreleo suspicione dissentire posse ab eo , motus (ut suspicor ,)
 eo quod eius doctrina probata est authoritate Apostolica , cõ-
 tenta in literis , quæ asservantur apud clarissimam , aut clarissimæ
 proximam Galliarum v. bem Tholosam , in dominicanorum
 cœnobio longe religiosissimo , vbi eius corpus . decore sepul-
 tum nos quoque frequentissime , atque libentissime adorauim-
 us . Sed non solum id generaliter , ut ab illo asservitur , est fal-
 sum : sed etiam , ut specialiter conclusioni nostræ applicatur .
 Primum quidem , quia Parisiens. facultas determinauit . , non
 ita esse Thomæ doctrinam a Rom. ponti. probatam , ut omnia
 in ea contenta credi oporteat esse vera , propter multa , quæ
 in hoc

in hoc allegat neruosissima, quæ in hunc locum ideo non trans
fero, quod passim habeantur impressa inter errores, qui circum
feruntur excussi cum textu Magistri sententiarum. titu. vlti. c.
3. Per quæ probantur, aliqua reperiit in illius doctrina sibi mu
tuo compugnantia: alia esse proprietate sermonis falsa, & om
nipotentiæ diuinæ contraria: nonnulla vero a Sede Apostolica
contrariis factis saltem explosa, quale est illud, quod dixit. 2.
Sec. q. 88. arti. 1. s. ob nullam causam Papam posse dispensare
50 cum monacho iam professo, ut contrahat matrimonium. + Co
tra quod multi Papæ dispensarunt, & cuius contrarium etiam
ab eius scholæ viris tenetur, ut videre est apud Caietan. in eod.
art. 11. & Diuum Anto. complures alios citantem in. 3. parte
tit. 22. c. 7. versicul. Duodecimus. A quo etiam recedunt Ioh.
Andre. & omnes nostri sequuti gl. in. c. Cum ad monaste. de
stat. monachor. & Iohan. Andre. cum Perus. in mercuriali. c. Se
mel Deo. de regul. iur. lib. 6. Et Palu. in. 4. distinct. 33. quest.
5. col. 11. versi. pro conclusione, cui plerique omnes ibidem
consentient.

Secundo probatur, falsum hoc huius Hierony. dictum;
per cap. Ego solis, & per cap. Noli meis. 9. distinct. qui
bus testatur Augustinus: Nec sibi, nec ulli alii quantalibet
sanctitate, quantalibet doctrina polleat necessario creden
dum, nisi quatenus literis authenticis, vel ratione probat
necessaria.

Tertio facit, quod per ista, quæ nunc allegabam Diuus An
toni. i. part. titul. 17. c. 8. §. 8. & uterque Cardi. cum Archid. &
Domi. in d. cap. dixerunt: Licet sentire aliter, quam sancti pa
tres dixerunt in his, quæ nondum sunt ab ecclesia determina
ta, in quorum numero ponit paulo post in cod. s. Antoninus.
ipsum, de quo loquimur, Thomain. Cui cum primis diuorum
modesto, sat scio, nimias, & superstitionis laudes minime pla
cituras. Non obstat, quod ipsius doctrina probata sit præalle
51 gato illo diplomate. + Quia non est probata, ut vsquequaq;
uera: sed ut utilis ecclesiæ, iuxta declarationem prædictæ fa
cultatis, & ut multorum aliorum sanctorum opera approban
tur in. c. Sacrosancta. 15. dist. in quibus tamen reperiuntur non
nulli errores. Qualis est ille Cypria. Quod baptizatus ab hære
-

tico non recipit uerum baptisma. Qui damnatus fuit, ut habetur. in. c. Præter col. fina. 32. distin.

52 V I Errare t Bal. in. l. 1. col. 1. C. de summa Trinit. quatenus ait, Imperatorem esse vniuersalem omnium Christianorum dominum, & ecclesiam iuris esse Imperii. Quia Imperator ab ecclesia suscipit insignia, & ecclesia non generat, sed conseruat Imperium. Errat inquam, eo quod multi sunt Christiani, ad quorum usque terras nunquam se protendit Imperium Romanum. Quandoquidem nec Scythia, nec Sar-matia, nec ultra Euphratem uniuersus oriens illi unquam patuit. t Quod etiam doctissimus, & nedium viriusque iuris: sed etiam historiæ callentissimus Andreas Alciat. dixit in ead. l. 53 col. 1. 4. Neque India, quæ hodie Lusitano paret Imperio, paruit unquam Romano. Tum, quia ratio Baldi potius probat contrarium, quam propositum, Tum quia contra Bald. est cap. Conuenior. 23 quæst. 8. quatenus habet ad Imperatores palatia pertinere: ad sacerdotes ecclesiæ. Tum, quia laicis, quamvis religiosis non est data facultas vlla imperandi quicquam, in ecclesiasticis, imo necessitas manet eos obsequendi. cap. Bene quidem 96. distin. &c. Ecclesia. de constit. vbi Panor. receptus ab aliis extendit hoc ad reges, & Imperatores, pro quo tex. in specie optimus in. cap. Tua. de decimis.

^a Anab. de de-sensi. f. Nos-
sigitur col. 1.
^b c Cuncta. 9. q. 3.
^c Illud. de
maior.
^d Ad Hab. 7.
Eccl. Deni-
gue. 21. d.
^e Inno. in. c.
1. de cons-
sti.
^f Anab. vt
enones ob-
d. in d. S.
Hec con-
derantes
col. 5.

55 V.II. Errat t in hac materia idem Baldus in rubrica di-
gesti veteris col. 2. cum ait, Romanum pontifi. re, & nomi-
ne maiorem cæsare secundum quid: contra vero Cæsarem
simpliciter maiorem esse, quam Papam. Quia (inquit) Cæ-
sar Imperat iure in vniuersa ditione, quæ ascendentem vi-
det, & descendenter solem, & quæ est ex utroque latere,
scilicet meridie, & septentrione. O temeritatem tanto viro
indignam. O posterorum, qui hoc non reprehenderunt,
oscitantiam. Nonne maior est qui melioribus præest? Non-
ne Papa saltem spiritualibus omnibus omnium consensu præ-
fectus est? At spiritualia meliora, & maiora sunt tempora-
libus. Nonne maior est qui benedicit quam qui benedici-
tur? Non longius latiusque patet Imperium Papæ, quam
Imperatoris? Non certum est quem ille allegat. §. non
proba-

probare id ; quod ille ait . sed tantum Cæsarem Imperare hi omnibus , qui sceptris eius obediunt in dictione , quæ solem videt orientem ? &c. Nonne Papa Sol quidam est , & Imperator Luna quædam .^g Et papatus , siue vicarius ille summa Dei summus , tanto est altior Imperio , quanto plumbo aurum^h Nonne a Constantino usque ad translationem imperii , Constantinopolitanus imperator subiacuit Papæ ?ⁱ Eta translato Imperio ad Germanos in hunc usque diem Papa pedes ex osculantur Imperatores prostrati ?^j Nonne cum criminis hoc exegerint Imperatorem Papa deponit , & habet iurisdictionem sicutem spiritualem in eum ?^m Nonne Imperator est filius ecclesie , cui tamen præest Papa ?ⁿ Vnde ergo ista vox Balde : Imperator simpliciter maior est Papa , quam secundum quid Papa est maior Imperatore ? Absit hoc , absit ab ore tuo Christiano . Quin potius , & prorsus contra ~~ta~~¹ aliam , siue recanta : Papa simpliciter maior est quo-^{c. Ad Apo-}
 56 cunque Imperatore , quocunque rege , & Quanquam secun-^m
 dum quid , & quoad aliqua Imperatores , & reges maiores^{c. Hoc ipso}
 57 sunt ipso . Nec mirum .ⁿ Nam uno sicutem Christo excepto
 nemo est adeo felix , nec adeo diuorum munere diues , qui non possit iuste arbitrari , & credere in quolibet alio , quam libet abiecto esse aliquid diuini muneris ; quo præcellat ipsum , & ratione cuius non possit cum sibi arbitrari superiorem : ut in materia modestiae modestissimus ipse Thom. definit utilissime .^o Sec. quest. 16. articul. 3. ad. 2. ita interpre-
 tans illud ad Philipp. 2. In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantur .
 58 VIII. Errare videri & Aluarum Pelagium viuum alioqui authoritatis apud eruditos non contemnenda , in libro de planctu ecclesie lib. i. arti. 13. qui in nostra materia protestatem Papæ amplians ait in littera . d. idololatras , & paganos nullam unquam habuisse iurisdictionem : & ideo regna illorum omnia pertinere ad ecclesiam Christianam , & per consequitionem ad Papam , qui praefectus est illi . Miseretur per illud Sapient. 10. Iusti ruelunt spolia impiorum , satis relatum in : cap. Quoiure. 8. distinct. & in cap. D 2 Si de .

^g solis de maior.^b a. Duo sunt
96. distin.<sup>c. Late 7 Tho.
li. 1. de reg.
princi.</sup>^{d. K} In pontifi-
cali de cito-
ma, impe-
rat.^{e. Ad Apo-}^{f. m} siologie de
relin.lib. 1.^{g. n} c. Si impe-
rator. 96.
dist.

Si de rebus. 3. quæst. 7. quatenus habet. Labores Impiorum a iustis edendos. Mouetur, & illo Matthæi. 21. & Ecclæ. 19. A gente in gentem regnum transferetur propter iniusticias. Qui error in causa forte fuit, ut multi nostra ætate in orbe nouo suis dominiis sint spolia: .

- Sed hæc conclusio periculosa videtur. Primum quidem, quod nullo iure probatur. Deinde, quod ex illa, & eius fundamentis infertur, per peccatum mortale ipso iure perdi dominium. † Quod error est Armachani in defensorio pacis, quem meminit & reprobat Iohan. Maior in. 2. Senten. d. 42. & Iacobus in. 4. distin. 15. quæst. 2. col. 10. Quodque multis sacrae scriptura locis posset confutari. & damnatur in concil.
- 60 Constan. Ad hæc, quod dominium, & iurisdictio non fundantur in charitate, ut concludunt prædicti: Alioqui David ille regum excellentissimus ipso iure perdidisset regnum, propter peccatum illud celebre adulterii, & homicidii in Vriam commissi, de quo. 2. Regum. 10. & in cap. Ille rex. de pœnit. dist. 3. cap. Cum olim. 2. de offi. deleg. Adde, quod speciale est in criminе læse maiestatis diuinæ, & humanæ, ut quis bona perdat ipso iure, cap. Quo iure. 8. d. & c. Ad abolendam. de hæretic. cap. Cum secundum. eod. tit. lib. 6. l. Quisquis. C. ad. I. Iuliam maiestat. translata in cap. Siquis cum militibus. 6. q. i. Postremo hæc est contra glo. cap. Si de rebus. 22. q. 7. & contra Inno. Iohan. And. & Communem in cap. Quod super his. de vot. Et contra Oldra. & omnia fundamenta eius in consil.
- 61 264. † Qui omnes præsuponunt, dominium rerum naturale saltem, & ciuile penes infideles, paganos, & idololatras haberi, quanvis forte a Papa, si certis eius sententiis, & monitis non parent, possent illis priuari, de quo postea. Quin & ipsem Aluarus cod. lib. art. 59. col. 19. dixit, gentiles habuisse alii qua regna iusta, & legitima. Non obstat hostiens. in. d. cap. Quod super his col. 4. versiculo. Mihi videtur. transcriptus ab Anto 3. parte tit. 3. cap. 2. col. 5. qui tenuit omnia iura regnorum simul & dominia translata fuisse in Christum iam inde a conceptione, vel nativitate ipsius, & eum suo vicario
- 62 Petro illa omnia commisso. Tum, quia Christus ita fuit dominas omnium regnum mundi, ut tamen nemini auferret, id,

rit, quod ante suum fuisset, iuxta illud ecclesiæ: Hostis Herodes impie, Christum venire quid times? Non eripit mortalia
64 qui regia dat cœlestia. Ne que obstat. Si ut certo. §. Si duo
bus. ff. cōmo. Quoniam licet duo nequeant esse æquales do-
mini eiusdem rei, vt haber illa. l. possunt tandem esse in
æquales ita, vt alter sit altero superior, vt dominus dire-
ctus, & utilis, Deus, & homo, & Christus qua parte est ho-
mo, & aliud homo.

65 IX. Errat item † Anton. a Rossellis vir alioqui gentilitia
nobilitate, & eruditione clarus, in sui libri titulo de potestate
Imperatoris, & Papæ, de industria, vt videtur; præponens Im-
66 peratorem Papæ. † Tum, quia digniora sunt præponenda, iux-
ta glo. illas memorabiles. cap. Bene quidem 96. d. verb. Me
diolanens. &c. Quorundam de electio. lib. 6. verb. Prædica-
torum, & iuxta ea, quæ nos adiecimus non omnino pœni-
tenda Decio ea de re profunde agenti in cap. Auaritia. de
præb. Tum, quia ipsem Ant. in codem lib. fol. 12. col. 4.
versicul. vt orationum concludam, fatetur, Papam simplici-
ter maiorem esse Imperatore. Quod nos neruose probauim-
mus supra. nu. 55. Cum eo tamen nolim contendere, qui con-
tenderet, ideo præposuisse potestatem Imperatoris potesta-
ti Papæ, quod hanc illa præcederet tempore, licet non digni-
tate, vt dñeemus infra in corol. sicut Io. Paris. videtur præpo-
suisse in lib. de potestate regia, & Papali.

67 X. Errare videri † eundem Anton. a Rosellis in eod. lib.
dum col. 16. & multis sequentibus nullum non mouet lapi-
dem, quo proberet. Christo seruatori nostro quatenus erat ho-
mo, nullam potestatem secularem fuisse, atque ideo neque
Petro ullam mandasse. Contra cum enim sunt omnia illa,
quæ allegauimus supra in .8. fundamento prioris, eius-
demque communis opinionis. Et extrauag. Cum inter nonnul-
los. Ioh. 22. de verb. signif. quatenus habet: Hæreticum esse di-
cere, Christum, & apostolos eius nihil habuisse in commu-
ni: nec in particulari: & condemnatio Auinione ab Urbano.
4. facta. 9. articulorum contra illam extrauag. Parisiis defen-
sorum, quæ habetur inter errores, post. 4. lib. Magistri Sen-
tentiarum excussoſ.

X I. Errare t̄ item eundem Anto. verbis (vt opinor) potius
 68 quam mente, cum in cod. lib. col. 5. dixit, imperii iura fuisse
 populo Romano, antequam Christus esset. Hæc enim con-
 69 clusio, ut ab illo asseritur, falsa est. Quoniā t̄ Christus ab æter-
 no fuit. Secunda enim Trinitatis persona fuit ab æterno: &
 Christus est secunda persona Trinitatis: Ergo & Christus fuit
 ab æterno. Et Thom. vierque 1. parte. q. 16. art. 9. non solum
 asserit, esse falsam illam, Christus incepit esse: sed etiam illam
 demonstrat Christo: Iste homo incepit esse: iuxta illud ad
 Hæbreos vltim. Iesus Christus heri, & hodie ipse, & in sacula.
 Quod etiam communiter tenetur in 3. lib. senten. distinct. 11.
 vbi Iacobus ait, hanc falsam: Christus aliquando non fuit.
 Et Ioannes Maior illam: Christus incepit esse: Quanquam ve-
 ra est illa: Christus non fuit ab æterno homo: Et illa: Christus
 coepit esse homo. Et illa: Christus quatenus homo non fuit ab
 æterno. In quo sensu crediderim præfatum Ant. virum alio-
 qui pium, intellexisse, Operæ pretium tamen visum est præmo-
 nuisse lectorem.

70 XII. Errat t̄ meo iudicio, idem Anto. quatenus cod. lib. col.
 24. tenuit, Pilatum habuisse iurisdictionem ordinariam, &
 potestatem legitimam iudicandi Christum. Et fol. 12. col. 3.
 71 iterum dixit, t̄ Pilatum Tiberii Cæsaris præsidem potestatem
 habuisse coactuam super Christum. Quod mihi videtur fal-
 sum. Tum, quia inferior non habet potestatem in superiorem.
 72 capitul. inferior. vigesima prima distinct. & capit. Cum infe-
 rior de maior. Etiamsi delinquit in territorio sui inferioris,
 secundum glos. 3. & singul. capitul. 1. de rapto. communiter
 receptam ibi, & a Pan. & Felin. in capitul. Cum inferior. de
 maior. Quod pulchre probat Ioan Andr. in mercur. Regul.
 Cui licet de reg. iur. lib. 6. At Christus etiam quatenus homo
 superior erat Tyberio Cæsare, cuius Pilatus erat præses: Ergo.
 Tum, quia Tho. in illo lib. de regimine prin. lib. 3. c. 8. cōcludit
 t̄ Octauianum Augustum Christi vices gessisse in temporalibus,
 licet ipse id non intelligeret: Sicut, & Cayphas prophe-
 tanit, non intelligens se id facere. Non obstat, quod superior
 volens possit iudicari ab inferiori, si ipsem et consentiat, leg.
 Est receptum. ff. de iuris. omni. iudi. Quod glo. singul. ibi ex-
 tendit

tendit etiam ad Imperatorem, & glo. cap. In synodo verb. Apostolicam. 93. distin. & glo. 1. cap. Nemo. 9. q. 3. & in proœmio. 6. verb. Seruus, extendunt ad Papam. per. c. Nos si in cōpetenter. 2. q. 7. Non (inquam) id obstat. Tum, quia non constat de tali Christi consensu, imo vero magis de dissensu: cum Iohan. c. 19. illi dicenti: Nescis, quia potestatem habeo dimittere te, & crucifigere te? respondit: Non haberet potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper: Innuēs ipsum non iuridicam: sed quandam permissuam potestatem habere, iuxta cap. Nec mirum. 26. q. 5. ibi: Omnia, quæ 74 fiunt, aut t̄ Deus iusto iudicio facit, aut fieri permittit. Non enim colligitur ex illis verb. Christum quatenus homo erat consensisse in iurisdictionem Pilati: sed permisisse quatenus Deus, nec repugnasse quatenus homo. Tum, quia non videatur decuisse Christum ~~oscarum~~, siue Deum & hominem, consentire, ut homuncio peccator, & impius potestatem habuisset in illum legitimam vitę præsertim, & necis. Quia & communis conclusio, cui magis adhæreo, quam Panor. Felin. & alii relati per ipsum sequuntur in cap. Ecclesia. de constitut. 75 nent, non decere, neque licere, ut t̄ Roma. Pontif. subiiciat se iudicandum alicui laico contra prædictas glossas, licet eas iure veriores: sed communiter reprobatas asseruerit Deci. ibidem!

76. XLIII. Errare haud dubie grauiter + eundem Anto. qui in eod. lib. col. 18. asserit, insanum, & hæreticum esse dicere, 77 t̄ quod administratio vniuersalis rerum temporalium, possit esse apud Rom. Pontif. aut apud aliquem alium in sacris ordinibus constitutum. Tum, quia possibile ac verum est id, quod ipse appellat impossibile ac insanū: & adeo quidem verū, & possibile, ut ita sit factum a Constantini donatione in hunc usque diē, quo tēpore summa potestas laica exercita est a Ro. Pontifice summam potestatem ecclesiasticam habente, tam Romæ, quam in aliis multis terris donatis ab eo ecclesiæ cap. Constantinus. 96. distin. & c. Fundamenta de electio lib. 6. & c. Futuram. 12. q. 1. ibi: Sedem Imperiale reliquit, & Petro successoribusque suis profuturam concessit. Quam donationem ualuisse communis opinio tenet cum glo. c. Ego Ludou-

cus. 63. d. & glo. in Cle. Romani. §. Porro. de iureiu. & late tradiit Cardi. Alex. in d. cap. Constantinus. Quod etiam tenet ipse Anto. fol. 15. col. 3. & . 4. quoad rerum dominiū, licet quoad iurisdictionem, & Imperium supremum id neget, motus quibusdam argumentis satis leuibus ad probandum Accursium illam differentiam sentiētem, in Auth. quomodo opotet episcopos. §. Igitur. col. 1. Tum, quia dato quod esset fallsum: non tamen foret insanum. Quādoquidēm negari non potest bonam doctrinā partem Christianorum id asseuerare, idque seruatum esse circiter mille annis. Tum, quia effrontis, & uere insani hominis fuit, appellare hæreticum, & insanum id, quod omnes Papæ mille annis seruauerunt: quod bona pars iurisperitorū probat: quod ecclesia adeo non damnauit, ut credatur damnatura contrarium, si ea de re pronunciaretur. Tum, quia illæ duæ potestates ipsa rei natura non repugnant sibi mutuo, ut dilucide monstrat Iacobus Almaynus. de postestate. ecclesiasti. cap. 6. col. 9. qui etiā col. 3. probat, fratris minori non repugnare supremam iurisdictionem, quamuis repugnaret aliud rerum do-
78 minium. Tum, quia t̄ Moyses potestatem hanc utranque habuit, ut constat ex Exod. Machabæi etiam. utranque habuerunt, simul & exercuerunt. Fuerunt enim populi Israëlitici duces supremi, & sacerdotes maximi, ut ex primo, & . 2. Macha. aperte colligitur. Tum, quia licet falsum esset, quod ille appellat hæreticum: longe tamen esset ab hæresi. Propter ea quæ dicta sunt in coroll. primo, & . 2.

XIII. Non satis dolatum esse illud eiusdem fol. 12. col. 4. Imperatorem maiorem esse Papa hæretico, eo quod, ut ipse ait, quilibet catholicus maior est tali pontifice, iuxta glo. quæ a plerisque putatur singul. in. c. Achatius. 24. q. 1. quæ tamē nō est ita simpliciter intelligenda: sed data prius incorrigibilitate, quod probat tex. cum glo. memorabili in cap. Nunc autem. 21. dist. cui si nihil est in. c. Si Papa: 40. d. Incorrigibilem autem Papam illum appello, qui post binam monitionem recedit in hæresim, ut subtiliter de more declarat Thom. a. Viō primo Tomo tit. 1. cap. 23. Limanda ergo est conclusio prædicti Anto. ut tantum procedat in Papa, qui post binam monitionem persecueraret hæreticus: non autem in alio. Nam potestas

stas ecclesiæ suprema non fundatur super charitate; neque etiā super fide ita, vt his quo quomodo perditis perdatur & illa ipso iure, vt satis probat predictus Iacobus de potestat. eccl. cap. 3. & Tho. a Vio vbi supra cap. 20. latissime iuxta ac acerri- me. Iura enim humana imponentia pœnam excommunicatio nis, vel priuationis bonorum ipso iure hereticis, non ligant Roma. Ponti. Quippe qui superior est illis. cap. Proposuit. de conceſ. præben. l. Princeps. ff. de. leg.

XV. Errare videri eundem Anto. dum fol. 1. col. 3. asserit.

79† Concilium ecumenicum si coadunandum esset aliquo casu principaliiter ob temporalia, conuocandum esse ab Imperato re, & non a Papa. Tum, quia nunquam eiusmodi conuocatio facta est, & res nouæ ut plurimum, in re presertim adeo ardua discordiam generant. cap. Cum consuetudinis. de consuet. Tum quia per inferius dicenda patet, potestatem ecclesiasti cam extendi ad temporalia eo casu, quo ingrueret necessitas conuocandi tale concilium. Tum, quia contra Anto. faciunt. cap. Mandasti. 2. q. 5. cap. Si Imperator. 96. dist. & s. Hinc etiam 7. distin. & alia, quæ citat Aluarus. de planctu eccl es. lib. 1. arti. 22.

80. XVI. Parum caute laudata esse a posteris duo, dicta quæ circa significatum verbi, potestas, de quo hic agimus dixit Bald. Quorum alterum, quod ipse quoque semel olim laudaui, est in rubrica de offic. & potest. iud. deleg. n. 19. quatenus ponens differentiam inter officium, & potestatem dixit, potestatem nihil aliud esse, quam posse, dicique in abstracto, veluti albedo: Officium autem in concreto, velut albus. Hoc euim partu laudis meretur. Tum, quia parum lucis afficit. Tum, quia in summa idem per idem declarat, contra glo. penul. l. 1. ff. de exceptio. Tum, quia; ut mox dicam, potestas recte diffinitur esse, facultas propinquia faciendi aliquid: Officium autem, id quod facere conuenit alicui ratione personæ quam gerit. Et ita potius differunt, vt potentia & actus, quam ut abstractum & concretum. Alterum est in cap. 1. de constitut. n. 31. s. aliud esse potētiā, aliud potestatē. Quia esse (inquit) in potētia nondū, est ens, sed ens ante ipsum. l. Quod Seruius. ff. de condi. caus. dat. & caus. non sec. Sed potestas est ens, & sic ex parte potest. &c.

Quo-

Quoniam primum id obscurum nimis est iurisperitis. Deinde quod falsum videtur, per. l, Suus quoque. s. Puto. ff. de hæredib. instituend. Vbi potestas pro potentia ſæpe ponitur. Ad hæc quod in illa. l. Quod seruius. allegata per ipsum non ponitur verbum potentia, neque uerbum potestas. Præterea, quod ratio eius, & induſtio ſolum probant, differētiam inter eſſe in actu, & eſſe in potentia. Ex quo non ſequitur eius conuolutio. Denique ipſe met Bald. subdit, non ſignificari aliud in reſcripto principis per plenitudinem potentia, quam per plenitudinem potestatis. Fateor tamen Priscianum dixisse, potentiam quidem ad dominationem referri: potestatem vero ad vim. Quod tamen nihil Baldum adiuuat. Neque videtur uſquequa verum. Nam in illo Lucani:

Omnisque potestas impatiens consortis erit. relato a Speculator. de iudiciis. s. Sequitur. In principio, potestas pro dominatione ſumitur. Et in. cap. Siftatus. de reſcript. impotentia, pro re contraria vi, ſive viribus assumitur, & per conſequitionem potentia, quæ eſt illi contraria, pro vi, & viribus. Facit & illud Maronis. Nate meꝝ vires mea magna potentia ſolus.

52. Facit, quod potestas, & potentia ab eod. verbo, poſſum, deducuntur. Quam ob rem pro resolutione dico primo, haſ duas voces, potestas, & potentia, eiusdem ſignificationis eſſe, & cum generatim capiuntur comprehendere vim, ſive vires, tam ſupernaturaliter dataſ, quam naturales, & acquisitas: ſive iuriſ ſive facti, quæ Græcis ſignificat. Id enim verbum (ut tradunt eruditii) comprehendit virtutes, Imperium, magistratum, vim, robur & fortitudinem: lmo & quod nondum eſt actu: ſed eſſe potest, ut ſemen magna eſt arbor, & qui petet a fideiūſſore magna, a reo petit. l. Aduersus. ff. de recept. arbitr. quæ olim in libro meo pro magna habebat, Etenim.

II. Dico quod potestas ſive potentia ſic accepta diſſiniri potest eſſe, facultas propinquā ad aliquid agendum, vel faciēdum. Dixi, propinquā, ad excludendum remotam, qualem habet lignum ad calefaciendum, antequam calesiat: lignum autem incenſum aut calidum dicitur habere potentiam, vel potestatem calefaciendi: quia facultatem propinquam illud faciendi

ciendi haber. Sic dominus potestatem dandi seruum pro ne-
xa: cum habet facultatem illius exhibendi. I. Quoties. ff. de
noxal: Et potestas pro facultate ponitur, in. I. Celsus. s. fin.
ff. Ad exhibend. Quæ omnia optime confirmat. I. Potestatis.
ff. de verb. signi. scilicet: Potestatis: verbo plura significantur
in persona magistratuū, Imperium: In persona liberorum, pa-
tria potestas: In persona domini, serui dominium. At cum agi-
mus de noxæ deditioне, copia, & facultas, Quibus quatuor
significationibus, aliam addit ibi lex ipsa, & alias ibidem do-
ctissimus Alciat. quas desumpsisse potuit ex Francif. Paui. qui
copiose de hoc agit in principio tractatus de offic. & potestat.
capituli sede vacant. præludio. 4. Quæ tamen omnes sub præ-
dicta diffinitione continentur excepta vna, vel altera figuratiua.

III. Dico in materia nostra. verbum, potestas, accipi pro
eo ratum, quod Græci appellant *iερον*. i. pro authoritate, ac
facultate iuris comprehendente etiam iuriisdictionem tam uo-
luntariam, quam contentiosam. Potestas autem sic accepta du-
plex est, ecclesiastica, scilicet & laïca, quas infra coro. 17. &
20. diffiniemus & non omnino, ni fallor, indiligerter.

XVII. Potestatem ecclesiasticam generaliter acceptam be-
ne diffiniri, quod est potestas a Christo instituta immediate,
& supernaturaliter, ad gubernandos fideles secundum legem
euangelicam in supernaturalibus, & quatenus ad illa est opus
etiam in naturalibus. Quæ diffinitione longe videtur melior,
quam illa illius doctissimi, ac pientissimi Ioh. Gersonensis in
lib. de potestate ecclesiastica, consid. 1. Et etiam quam
altera eiusdem consid. 10. column. 2. licet ibi cautius lo-
quatur. Et eius bonitas ex eo apparet, quod tu constat ex
82 genere & differentia sufficienti. Habet enim pro genere ver-
bum, potestas, quod continet ecclesiasticam, & laicam. Reli-
qua pro differentia. Addidi enim, a Christo, ad significandum
causam eius efficientem, & ad excludendam potestatem ab ho-
mene puro, vel a Deo ante Christum incarnatum, institutam.
Addidi, supernaturaliter, & immedieate, ad excludendam eam,
quæ mediate, vel naturaliter est a Deo instituta. Dixi, ad guber-
nandum secundum leges euangelicas, &c. ad declarandū qua-
lis debeat esse illius usus, & ad excludendas alias potestates,
quæ

quæ competit per gratianum facientem, prophetiam, dona spiritus sancti, & alia supernaturalia, quæ non dantur principaliter ad gubernandum alios: sed potius ad perficiendum ipsosmet, vel docendum alios, & monendum. Dixi, in supernaturalibus, ad significandum, materiam principaliter huic potestati subiectam esse illa, quæ supernaturaliter sunt data, vel danda fidelibus. Dixi, & quatenus &c. ad ostendendum, quod indirecte, & per quandam accessionem necessariam exceditur etiam ad temporalia. Quæ diffinitio satis probatur per ea, quæ probant Ioan. Paris. Duran. Ioan. Gers Augusti. Anconi. Antonius. Ioan. de Turre Crema. Caiet. Iacobus Almaynus in libris de potestate authorita. & iurisd. Ecclesiæ & Papæ, quos infra citabimus.

XVIII. Colligo multas esse species potestatis ecclesiasticæ: neque sex secundum Ioan. Paris. & Petrum Alliacensem. Prima est ordinis, quæ essentialiter nihil aliud est, quam ipse caro etenim ordinis, & fuit instituta a Christo secundum communem in cœna, quando dixit apostolis: Hoc facite in meam commemorationem: i. accipite potestatem hoc faciendi, hoc est, consecrandi. Secunda est potestas administrandi sacramenta populo, & præcipue sacramentum pœnitentiae: Quæ secundum Communem fuit instituta in die, quo insufflavit apostolis dicens: Accipite Spiritum sanctum. &c. Iohan. 20. Ad hanc spectat potestas baptizandi. Licet enim omnes possint baptizare instante necessitate: soli tamen sacerdotes possunt ex officio, cap. Constat. de consecrat. distin. 4. Tho. receptus 3. part. q. 67: arti. 2. Idem dicendum de potestate cathechizandi, & & exorizandi baptizandos, cap. Cathechismi. &c. Sacerdotes ead. d. Tho. 3. part. q. 71. art. 4. Tertia potestas est iurisdictionis in foro exteriori. i. potestas ius dicendi, corrigenendi, & inferendi pœnam in contumaces etiam in uitios, & fuit tradita Apostolis Matthæi. 18. per verba illa in hoc capit. relata: Si peccauerit. &c. quatenus habent: Dic ecclesiæ, & si eam non audierit sit tibi, tanquam ethnicus, & publicanus. cum illis aliis, quæ sequuntur in euangelio, licet hic non referantur, videlicet: Quæcumque solueritis & ligaueritis. &c. Ver illa enim verba institutam esse potestatem Papalem: traditam

cam vero Petro per illa : Pasce oves meas. Iohan. 20 . Magnis viribus contendit lacobus Almaynus de author. ecclesiæ cap. 2. col. 2.&c. 8. col. pen. Quarta est potestas instituendi ministros , distribuendi beneficia , & dignitates ecclesiasticas. Quæ quicquid dicat Occam , data fuisse yidentur , secundum Communem per illa verba : Pasce oves meas . Iohan. vltimo. Nam ad officium pascendi non solum spectat , audire confessiones , & ministrare sacramentum pœnitentiae : sed etiam instituere alios super determinatas regiones ; & populos ad eos pascendos , & erudiendos in necessariis ad salutem . Quinta potestas est , apostolatus , seu prædicandi , quām contulit apostolis Christus Mat: hæi , & Marci capitulis vltimis , in illis verbis . Itē prædicate euangelium omni creaturæ . Sexta potestas , quæ oritur ex supradictis est , potestas accipiendi , & etiam exigen di a subditis temporalia vieti , & vestiti necessaria , de qua Paulus . 1. ad Corinth. 9. quām instituit Christus , cum dixit : Dignus est operarius mercede sua . Lucæ . 10 . secundum eos , quos sequitur Iacobus . Quāmuis nobis potius videatur hæc potestas a lege naturæ descendere , quam a Christi noua institutione . Illa enim lex : Dignus est mercenarius mercede sua , legis naturæ corollarium est , ut latius in cap. 1. &c. Cum secundum de præben. scripsimus . Quāmuis verum sit , hanc potestatem præcedentibus accessoriā esse , & ita dici posse a Christo accessorie saltem institutam .

Quibus addo primo , has omnes potestates reduci posse ad duas , scilicet ad potestatem ordinis , & iurisdictionis , quicquid Iacobus Almaynus & prædicti doceant . Nam prima est potestas ordinis , & aliæ . q. omnes , pertinet ad potestatem iurisdictionis , aut contentiose , aut voluntariæ , aut fori exterioris , aut interioris ; ut colligere est ex c. Nouit . cum ei annotatis . de officiis . &c. Omnis de pœnit. & remiss. & aliis multis locis . Potestas vero accipiendi , & exigendi vieti necessaria , non videtur potestas ecclesiastica principaliter , sed accessorie tantum : Quia non est principaliter noue a Christo instituta : Sed descendens a lege naturæ , quæ dicit mercenarium dignum esse mercede sua ut prædiximus . Deinde addo exactiorem videri diuisionem . Iohann. Gersonensis diuidentis potestatem ecclesiasticam ,

vbi supra in duas tantum species ordinis, scilicet & iurisdictio-
nis. Nos tamen hic de sola potestate ecclesiastica iurisdictio-
nis fori exterioris & contentiosi tantum agemus, imitantes in
hoc omnes præcessores nostros.

Postremo addo omnes, & singulas quinque potestates ec-
clesiasticas prædictas priores contineri sub dissinitione in præ-
cedenti corollario data: imo & sextam accessorie, sicut, & ac-
cesso est potestas ecclesiastica.

XIX: Cautè positum esse in dissinitione potestatis eccl-
esiasticæ verbum, instituta, loco illorum uerborum, collata
Apostolis, &c. positionum per Io. Gerson, vbi supra. Tum, quia
lógealiud est instituere aliquam potestatem, & illam conser-
re, ac tradere alicui, ut docebat Durandus de iurisdi-
ecclesiast. col. 2. & 3. & Herneus de potesta. Pap. col. 3. Tum
ne me oporteret dissinire, cui principalius illa fuerit a Christo
collata, an ecclesiæ toti: an vero ipsi Petro. Quod non est con-
silmum facere in præsentia propter illam maximam discordiam
Romanorum, & Parisiensium. Illi enim tenent Petro & succes-
toribus datam esse hanc potestatem, atque ideo Papam con-
cilio esse superiorem, Hii vero, quibus Gerson adhæret, con-
silmum datam esse toti ecclesiæ, licet exēcendam per unum: at-
que, ideo in aliquot saltem casibus concilium esse supra Pa-
tra. Quarum illa, scilicet Romanorum videtur placuisse Tho.
2. Sec. quæst. 11. arti. 2. & 3. & quæst. 1. arti. ultimo. & in
4. distinct. 19. quæst. 1: Thomæ a Vio in eisdem articulis, & in
lib. de autho. & potest. Papæ. cap. 3. & in apologia. 2. parte.
cap. 1. & in 2. parte. cap. 9. vbi altius omnibus, & profundius
hoc demonstrare conatur: Altera vero placuit Panor. qui pro
parisiensibus est in cap. Significasti. de elesti. & in tractatu su-
per concilio Basil. quem frequentius nostri sequuntur, ut tra-
dit Dec. consil. 15. Quam mordicus tuerit lac. Almay. e Sor-
bona Theologus, qui respondit Thomæ a Vio libello iusto. Et
Iohan. Maior, qui in cap. 16. super Matth. idem facit aiens,
Romæ nemini permitti tenere Parisiensium & Panor. senten-
tiā, nec rursus Academiam illam Parisien. excelsam pati; ut
contraria opinio. ut probabilis asseratur in ea, quoru[m] viri q[ui]
videtur replicasse prædictus Tho. a Vio in dicta apologia.

XX. Quod

XX. Quod potestas laica teste diffinitur, esse, potestas naturaliter a Deo immediate data mortalium communitatibus ad se gubernandum in rebus naturalibus, ut bene beateque viuant secundum rationem naturalem. Quae dissimilitudo conuenit menti predicatorum: & Thomae in lib. 1. de reg. princip. cap. 14. Et videtur bona. Quia in ea ponitur verb. potestas, pro genere: Reliqua vero, pro differentia, qua laica potestas differt ab ecclesiastica, ut ex declaratione dissimilitudinis potestatis ecclesiastice supra positæ patet. Et probatur primo, per omnia fere argumenta pro notabili nostro supra formata. Secundo probatur, quod altissimus humilia respiciens homini condito iussit multiplicationem, Genes. 1. & 2. Et per consequitionem voluit esse hominum congregationem. At qui vult aliquid, creditur etiam velle illa, sine quibus id esse nequit cap. Præterea, de officio delegat. 4. 2. ff. de iuris. omnium. iudi. & alia citata in ultimo arg. contra notabile supra formato. Et nulla communitas, sine potestate gubernandi, præcipiendi, leges instituendi, & iudicandi, regi potest, saltem bene, iuxta illud: Vbi non est gubernator, dissipabitur populus. Proverbio. 14. & tex. mihi singularissimum in cap. fin. 89. dist. in principio & Paulopost ibi: Neque enim universitas alia potest ratione constare: quam si eiusmodi magnus eam differentiae ordo seruaret. Ergo a principio per quandam saltem consequitionem concessit Deus humano generi eam, de qua loquimur, iudicandi, & gubernandi, potestatem. Tertio probatur eo, quod Deus fecit hominem animal rationale politicum, secundum Arist. & Thom. 1. Politic. & Thom. lib. 1. cap. 2. & 4. de regim. princip. & facit. cap. Monachi. de statu mona. ibi: Vt soli. &c. et l. Ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. At hominum societas, sine tali potestate conservari. & augeri non poterat. Quarto facit, quod potestas, scilicet vitam, corpusque tuendi cum moderamine inculpatæ tutelæ a Deo naturaliter, & immediate data est homini singulari, teste Cicerone offic. 1. & 1. Ut vim. ff. de iustit. & iure. An autem eodem modo, licet non eodem tempore hæc duæ immediate potestates fuerint a Deo datae dicetur in corol. 49. Olim. de restit. spolia, cap. Delicto. de sententia excommuni. lib. 6. Ergo pari ratione potestas necessaria ad societatem, hominum conservandam.

conseruandam data est ei naturaliter & immediate . Quinto , quod modo aliquo data est mortalibus hæc iurisdictio , quæ usque ad occidendos homines protenditur cap. Non solum cap. Non est crudelis . cum multis præcedentibus & sequenti- tibus . 23. quest. 5. Et non legitur , nec potest assignari alias , quam prædictus , ut aiunt Innoc. & post eum Hostiens. & Ioh. And. in cap. Quod super his , de vot. Ergo ista est vera laicæ potestaris origo .

Confirmantur hæc omnia per illud Aristotelis . 3. de anima :
 87 † Natura non deest in necessariis : nec abundat in superfluis . Itaque ut dixit Iohan. Paris. ordinis Dominican. cap. 5. col.
 88 3. vbi supra , Potestas laica prædicta immediate a Deo est , sic : scilicet : quod Deus indidit hominibus rationem naturalem : per quam concluditur esse debita in hominibus talis potestas propter bonum regimen eorum , ut ait Durandus vbi supra . q. 1 , sub finem , Quod ipsum etiam Herneus , Iohan. Geis. & la- cobus tradunt .

89 XXI. Potestatem ecclesiasticam , † & laicam differre a se mu- tuo penes causam materialem , formalem , & finalem , & quo- dammodo penes efficientem quidem . Quia , ut ex diffitioni- bus earum , datis in duobus corollaris proximis apparet : Po- testas laica data fuit humano generi a Deo puro nondum ho- mine facto ab exordio mundi : Potestas vero ecclesiastica a Deo facto homine . Penes materialem vero . Quia laica dire- cto dara est ad gubernandum naturalia : Ecclesiastica vero di- recte ad regendum supernaturalia . Penes autem finalem . Quia ecclesiasticæ finis est status supernaturalis in hoc secu- lo per gratiam : in altero per gloriam æternam : Finis autem laicæ status naturalis : vita nempe bona , & beata , hoc est vir- tuosa , quam faciunt virtutes morales duce naturali ratione , sine gratia gratum faciente , quæsibiles . Penes autem forma- lem . Quia ecclesiastica principaliter dirigit secundum legem supernaturalem , euangelicam videlicet regulam . Laica ve- ro secundum legem & rationem naturalem .

90 XXII. Antiquiorem esse potestatem laicam , † quam ecclesia sticam , saltem eam , qua post Christum legitur ecclesia Chri- stiana . Si quidem illa naturaliter ab exordio ciuitatum cœpit ,

vt cla-

ut clare monstrat Tho. in li. 1. cap. 4. de regi. princ. Et clarius ostenditur eo, quod quæ naturaliter dantur ab exordio eorum, quibus dantur, competunt. s. distinct in princip. Et tradit Ioh. Parisien. de potestate Regia & Papal. cap. 5. Hoc autem, scilicet ecclesiastica supernaturaliter coepit a Christo nato, imo & passo. Nempe a tempore, quo dixit Petro : Pasc meus oves meas, relatum Ioh. 20. & in, cap. Solita de maior, ut colligitur etiam ex eod. secundum vnam opinionem : Vel ab eo tempore, quo Matthæi. c. 18. dixit : Dic ecclesiarum &c. secundum alteram ut sentit Thom. de regi princip. cap. 10. vel a tempore quo dominus dixit illa verba : Tibi dabo. &c. Matthæi. 16. ut tangam in corol. 5. Itaque laica præxit ecclesiasticam ætate ac tempore : Et e contrario ecclesiastica laicam dignitate, ac excelentia.

XXIII. Verum esse id, quod gl. 2. cap. Cum contingat. de iureiur. circa medium sentit, & est receptum a Calderi. & Ponor, in proximo Gregorii. & profunde a Thoma in lib. 1. de regi. princ. cap. 14. t scilicet, alium esse legum secularium finem : & alium legum canonicarum. Idq; noua illa ratione probari, quod leges seculares producuntur, & manant a potestate laica, & naturali : Leges vero canonicae ab ecclesiastica, & supernaturali cap. 1. &c. Translato: de constitut. iuncta. l. Omnes populi. ff. de iusti. & iure, &l. final. C. de legib. cum ei annotatis. Cum igitur potestatis ecclesiasticae finis sit vita æterna supernaturalis, illa erit & finis legum ab ipsa manantium. Cum item finis potestatis laicae sit vita bona, beata, & quicquid temporalis mortalium : illa erit & finis legum ab ipsa emanantium. Siquidem effectus esse non potest altior sua causa. c. 1. s. Hoc autem. qui feud. dar. poss. in vsu. feud. &c. Licet ex quadam. de testi. & tradit Bal. in. l. 1. ff. de Senator. Quod & prædictos authores, nescio an meminisset & perpendisset satis Fortunius noster vir aloqui eruditissimus in principi. lib. de ultimo fine utriusque iuris : dum contra omnes eundem utriusque iuris finem esse contendebat. Quod define immediato, & principali non videtur propter predicta concedendi : t Quanquam de mediato & minus principali concedi possit neq; de negant glo. & prædicti.

XXIII. Potestatem ecclesiasticā, quam Papa & ecclēsia sub
 92 euangelio habent, nunquam ante Christi sanctorum sancti ad
 uentum fuisse in illa. Quoniam primo ab ipso nouē fuit inducta
 illa, ut prædictum est: & effectus nequit præcedere suas causas,
 cap. Dixit Sara. 32. q. 4. ubi: pœna criminis ex tempore legis
 est, quæ crimen inhibuerat. Facit. cap. 2. & fin. de constit. Vn
 de septem sacramenta nouæ legis ideo dicimus post Christi ad
 uentum cœpisse, nec antea fuisse. Quia Christus illa instituit,
 iuxta frequentiorem sententiam doctorum in. 4. dist. 1. * rela
 tam a nobis in manuali confes. cap. 22. n. 1. Quam pro fide Ca
 tholica esse tenendā diffiniuit prefactū Concil. Trid. 67. can. 1.
 relatum ibidem a nobis. * Adeo, ut etiam matrimonium, qua
 parte est sacramentum, post Christum natum cœpit, iuxta ple
 93 rosque omnes in. 4. d. 26. † Deinde, quod id probat tex. sin
 gul. in cap. Ita dominus. 19. dist. & in cap. In nouo testamen
 to. 2. dist. ibi: post Christum dōminum a Petro cœpit sacerdo
 talis ordo. Postremo, quod hoc corollarium præsupponit
 Aquinas de regim. lib. 1. cap. 14. Hoc Iohan. Par. Durandus.
 Herneus. & Tho. a Vio de author. Papæ, cap. 1. & in apologia.
 1. parte cap. 1. & 2. part. cap. 9. Hoc Iohan. Gerson. Iohan. ma
 ior, Iacobus. & Communis. Inter enim prædictos, & plerosque
 alios omnes patres conuenit, potestatem hanc, qua post Chri
 stum regitur ecclesia, a Christo fuisse nouē inductam.

94 XXV. Ecclesiasticam † potestatem, & laicam natas & pro
 gressas, aut saltem exhibitas mortalibus contrario modo. Ec
 clēsiaistica enim supernaturalis, supernaturali modo Incipiens
 tota simul, & perfecta prodiit in Papa, & ab eo progrediens
 per media, patriarchas, scilicet primates. & archiepiscopos, &
 episcopos, descendit ad infima, nempe alios prælatos inferio
 res, iuxta Leonem in d. cap. Ita dōminus. 19. d. & Anacletum
 in d. cap. In nouo 21. d. Laica vero, quia naturalis est, natura
 li modo ab imperfecto, & minimo incipiens prodisse dici po
 test in domo, & pago, per ea quæ in fine huius corollarii dico,
 & paulatim crescens per media, scilicet oppida, & ciuitates, as
 cendisse ad summa, & perfecta, scilicet regnum multarum ciui
 tatum, & Imperium multorum regnorū. Idque illa considera
 tione probatur, quod orbe condito primum fuit una sola do
 mus

mus deinde aliae sciunctæ: Ex quia homo est animal sociale, nec potest omnia vita necessaria sibi cum solis domesticis parare, ex multis domibus coniunctis, coactus fuit pagus ad aptius coniendum: postea ex multis pagis coacta ciuitas, ad bene ac per se sufficienter coniendum: Quæ postea dicta sunt regna singulorum ciuitatum, quando sibi reges fecerunt, qui eas, & ciues regerent: Creuerūt autem, cum ex his paruis regnis constituta sunt magna multarum ciuitatum, & cum ex multis magnis constatum est Imperium. Dum autem una ciuitas tantum, vel multæ sciunctæ fuerunt, singulæ insingularum homines, hanc ditionem & iurisdictionem habebant, donec eleccione, vel alia via concessa fuit, vel acquisita illa vni personæ singulari. Quæ omnia colliguntur non ex uno loco, sed multis in unum collatis, videlicet Aristot. & Tho. I. 3. & .4. Politi, ex Cicerone in prædœ. Rhetor. veter. ex Innocen. qui illa sua sapientia aliloqua loquutus fuit alta in cap. Quod super his de voto, quem ad verbum sequitur ibi Hostien. & Io. Andr. quorum dicta transcripsit Anto. 3. parte tit. 3. c. 2. col. 5. Ex Thom. item de regim. princij. lib. 7. cap. 14. & lib. 3. cap. 5. Ex Io. Pari. Durando, Gerso, & Jacob, qui nihil horum alle-

95 gant. Pro qua consideratione, & rerum successione t' pondero nouissime legē in hoc singularissimam, Ex hoc iure ff. dc iustit. & iur. vbi ordine retrogrado prædictorum progressus memorantur: Habet enim lex: Ex hoc iure, scilicet naturali inducta sunt bella, discretæ gentes, condita regna, agris termini positi, ædificia collata. Certum est enim ante bella fuisse gentes, quæ bella facerent, & antequam gentes essent condita aliqua regna. Quia, vt tradit Aristotel. I. Politi. quælibet ciuitas cœpit habere suum regem: Eum enim regem vocamus, cui summa regiminis comissa est in rebus humanis, secundum Thom. d. cap. 14. Et ante condita regna fuerunt collata ædificia in unum multa, & factæ domus singulæ. Faciunt cap. I. 2. & .4. Geneseos ad iuncto. S. Final. 6. distin. & iunctis. 8. & 9. capitulis eiusdem Geneseos, vbi narratur Noam sententiam grauem tulisse aduersus filium suum Chanaam: Per quod & c. 14. Geneseos, quatenus haber, Abraham fuisse in sua domo. 318. uernaculos expeditos: defendi forte pol-

Set id, quod supra in principi. huius corollarii significo: scilicet etiam in domo ampla, quæ nulli ciuitati, neq; regi subesser, inueniri potuisse regiam potestatem. Quoniam cum Communis, hanc potestatem cuilibet ciuitati tribuat, & domus illa Abrahami instar esset ciuitatis, egeretque non solum potestate patrisfamilias, quatenus erat domus: sed etiam potestate publica, quatenus erat vna communitas: merito facile videri posset fuisse illi haec potestas. Quanvis non sim nescius Aristol.

2. Politi. c. i. contrarium sentire, dum carpit eos, qui putant domum magnam instar parvæ ciuitatis esse, & ciuitatem parvam instar domus magnæ: eos item, qui putant patrisfamilias, & regis eandem esse potestatem. Sed responderi forte posset, quod Noas & Abrahamus alia ratione dici potuerunt patresfamilias, & alia reges.

XXVI. Potestatem prædictam ecclesiasticam principaliter, & directe sola supernaturalia, & spiritualia respicere: Temporalia vero non, nisi per consequutionem & accessorie. Et ita toties & tantum hanc potestatem ad temporalia extendi, quoties, & quantum Euangelii, & aliorum supernaturalium & spiritualium conseruandorum, vel consequendorum, aut non impediendorum ratio id exigit. Huius corollarii prior pars probatur illis 14. argumentis pro notabili nostro supra formatis. Posterior vero monstratur primo aliis

97 17. contra illud ab initio adductis. Il^l* quod, + quæ ad aliquem finem sunt instituta, secundum ea, quæ ille exigit, ordinantur, extenduntur, & contrahuntur cap. Prodest. 23. q. 5. Quod in hoc allegavit Archidiaco, in cap. Si peccaverit. 2. q. 1. docet Bart. in l. Ambitiosa. nu. 17. 18. &. 19. ff. de decret. ab ordin. facien. Nam & iuxta finem, & rationem legis extenditur illa, uel limitatur l. Adigere. s, Quamuis. ff. de iure patron. cap. Meminimus. iuncto. cap. Suggestum de appellat: cum his, quæ late congerit Felin. in cap. Tua. de iure iur. & subtiliter Dec. in cap. Secundo requiris, de appellat. At potestas haec supernaturalis, de qua loquimur ecclesiastica instituta, est ad regenda supernaturalia, & ad dirigendos mortales in ultimum finem, qui est vita æterna, ut patet ex dissinitione in corol. 17. præmissa: Er-

go tan-

go tantum se ad temporalia extendet, quantum ratio supernaturalium exigit, & non ultra. Tertio probatur hoc per varia Thomæ dicta, quæ secundum hæc intelligi possent. Ait enim in lib. 1. de regim. princip. cap. 14. Sacerdotio regali Papæ omnes Christianos, & eorum reges subditos esse. Nam sentit etenim subditos, quatenus illa supernaturalia postulant. Hoc idem sentit lib. 3. cap. 10. cum ait, Potestate in Papæ transcendere omne dominium, præsupposito quod, sicut Christus intendit, pro utilitate gregis agatur: Sic item intelligendum, quod paulo ante in cod. cap. dicebat, Potestatem hanc Romani pontificis non esse referendam quoad spiritualia tantum: Quia quod corporale est & temporale, ex spirituali perpetuo dependet. Sicut operatio corporis ex virtute animæ. & potestate, sic etiam id, quod clarius explicat vir ille eruditione, ac pietate cum priuis suspiciendus lib. 3. c. 12. dum per principium Malachiæ concludit, Christi dominium ordinari ad salutem animæ, & spiritualia bona, licet a temporalibus non excludatur eo modo, quo ad spiritualia ordinantur. Expende quæso illa verba: eo modo quo ad spiritualia ordinantur. Nam illo, & non alio modo suprema hæc Papæ, patriæ patris potestas extenditur ad illa. Huc tenet, quod ait eod. lib. cap. 15. Quamuis enim Christus temporaliter esset dominus orbis: directe tamen ad vitam spiritualem, hunc suum ordinavit principatum, iuxta illud Ioh. Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. Huc pertinet id, quod ait in cap. 13. sub finem; scilicet Christum non delegasse suam omnem potestatem Petro. Vnde par est credere, illam sibi commississe totam & solam, quæ necessaria erat ad finem supernaturalem consequendum toti ecclesiæ, ac partibus eius. Huc pertinet illud eiusdem. 2. Sec. quest. 40. ar. 2. Omnis persona; vel ars, vel virtus, ad quam pertinet finis; habet disponere de his, quæ sunt ad finem. Bella autem carnalia in populo fidei sunt referenda ad spirituale bonum diuinum, cui clerci deputantur. Et ideo ad clericos pertinet disponere, & inducere alios ad bellandum bella iusta. Ad hæc restringendum est illud eiusdem in fine. 2. Sententiarū. l. spirituali potestati secularē coniungi in Papa, qui vtriusq; poter

statis apicem tenet, scilicet spiritualis, & secularis, hoc illo di-
sponente, qui est rex & sacerdos secundum ordinem Melchise-
dech, & dominus dominantium, cuius potestas non auferetur,
& regnum eius non corruptetur. Nolim tamen contendere
cum eo, qui contenderit Thomam diuersæ opinionis fuisse,
& magis inclinasse in Communem, quam nostram.

98 XXVII. Errare + Marsylium a Padua, qui in suo pacis defen-
sorio , omnem coercionem & iurisdictionem aufert ecclesiæ .
Quod etiam prædictus Iacob. damnabat in d. libel. cap. 2. col.
3. Tum, quia iurisdiction, quæ coercionem non habet, frustra-
nea est cap. Ex literis. de offic. deleg. Tum, quia nisi iurisdictionem , & coercionem haberet , parum potens esset ad indu-
cendum finem, quem sponsus ipsius Christus Opt. Max. præ-
tendit, arg. cap. 1. 2. & 3. 24. quæst. 6.

99 XXVIII. Colligitur ratio , quare Papa deponere potest re-
ges adeo negligentes in regendis regnis suis, ut ob id populus
Dei subditus illis , retrahatur a consequenda uita æterna, dum
delicta ipsius non castigantur : boni scandalizantur, siue offen-
duntur, vnicuique suum ius non redditur: est enim illa, quod ta-
lis depositio est necessaria in eo regno ad tollenda impedimen-
ta vitæ æternæ consequendæ , quo sensu simili, & germano ac-
100 cipi potest illud .c. Alius. 15. quæst. 6. + Colligitur item ratio,
quare Papa, si cum autoritate ipsius populus audet deponere
regem, potius deber deponentibus consentire, quam depone-
re . Quod glo. solemnis in. d. cap. Alius . sensit . Quia tunc
101 nō est necessaria depositio: Sed consensus in depositione + iux-
ta eorum opinionem, qui purant regna non esse inducta pro-
pter reges : sed reges propter regna . Et ideo regna esse regibus
suis posteriora : imo & superiora casibus illis , quibus reges pote-
state sibi concessa abuterentur, ad eorum destructionem, uel
ad finem contrarium illius, ad quem regna illa ipsis regibus co-
cesserunt, uel cōcedere debuerunt. Quod tamen breuitatis gra-
tia aliter nec probo, nec extendeo latius . Tametsi satis memini
Iacobum Almay. dicere in. c. 15. col. 11. de supra potest .ec-
cles. & latius in uesperis, Regnum non esse regis: sed com- mu-
nitatis, & ipsam regiam potestatem iure naturali esse ipsius com- mu-
nitatis, & nou regis: ob idque non posse communitatem ab
se peni-

- se penitus illam abdicare. Neque oblitus fuerim fœlicis illius
dici, quo id in longe frequentissimo studiosorum, & eruditio-
rum conuentu, non sine magno applausu defendimus Salman-
ticæ in illis præaltis conclusionibus, quas super. c. Quæ in ec-
clesiarum. de constit. Anno 1528. defendimus primas omnium,
quas cathedrali defendere ibi cœperunt ex instituto illustris.
 102 simit D.D. Petri Pacheci, tunc visitatoris, & reformatoris illi-
us Academæ vigilantissimi: nunc autem episcopi Mentesæ siue
Gienensi. & Cardi. sacros. R. eccl. Illustrissimi. In quas tela, quæ
si schiticis calibum durata caminis, non tamen lernæ infecta
 103 veneno torserunt illustrissimus. D.D. Franciscus a Mendoca
& Bobadilla, Græce, ac Latine calentissimus, & iuris diuini, ac
humani valde peritus, tunc illius Academæ præfectura, quam
magisterium scholarum vocant, illustris: nunc autem episcopa
tu Caurensi, & Sacrosanct. Ro. eccl. cardinalitia dignitate lon-
 104 ge illustris. Et D.D. Didacus ab Alba tunc cathedralius iuris
pontificii doctissimus: post autem episcopus Asturcensis: nunc
vero, ut audio, translatus in Abulensem, valde illustris. Mode-
 105 stissimus item † Mendesius de Saa in hac inclyta Conim-
brica nobilissima familia ortus, tunc insignis collegii Archiepi-
scopi Toletani collega perdoctus: nunc vero senatoria dignita-
te clarissimus, cum aliquot aliis, sautore ac Mecenate; D. D.
Francisco a Nauarra regia stirpe illustrissimo, tunc Ronçeval-
lis rerum ibi cum humanitus, tum diuinitus gestarum gloria in-
clytæ præfecto in signi: nunc autem episcopo Pacensi, longe re-
uerendissimo, ac iuris diuini, & humani apprime docto: animi
vero candore, ac omnium virtutum conuentu cum paucis
principi. Qui anno 1562. Mensè Aprilij migravit ad Domi-
num Valentinus Archibresul. longe desideratissimus.
 106 XXIX. Infertur ratio, † quare potest & permittitur Papa
dare coadiutores Regibus, aut certe consentire, & autoritatem
impertiri regnis id cupi. & citra consensum Christi vicarii, for-
te non audentibus, iuxta cap. Grandj. de supp. negli- prælat.
lib. 6. Qui tamen non permittitur id facere cum uno subdito
laico regum, qui prodigeret, fureret, vel esset minor annis, non
præcedente saltem negligentia secularis iudicis. Est enim ra-
tiō, quia illud est necessarium ad vitam bonam, & virtuosam, se-

cundum rationem naturalem, quæ rursus necessaria est ad supernaturalem: Hoc autem non item.

107 XXX. Ratio vera & noua, quare statutum fuit, ut Imperatore mortuo Imperium regatura Papa. cap. Licet ex suscep-
tione de for. compet: cum alii principatus, & alia regna eorum
principibus, & regibus mortuis non regantur ab eo, est enim
illa, quod Imperator non relinquit aliquem successorem: qui
populos sibi subiectos regat: & periculum est ne rectore sub-
tracto populus labatur in vita, & scandala, quibus a vita æter-
na elongetur. Alii uero reges & principes, successores, vel supe-
riores, qui id supplicie possunt relinquunt. Et ita non poscit idem
in illis ratio consequendæ, vel non impediendæ vitaæ æternæ;
quod in Imperio.

108 XXXI. Ratio uera quare, Fredericum + Imperatore potuit
deponere Inno. 4. iuxta. c. Ad Apostolicæ. de re iudi. lib. 6. est
enim illa, quod multa crimina spiritualia admisit: periuria vide
licet, sacrilegia, & heresim, quibus clerum Neapolitanum affli-
xit: quæq; directo rangebant supernaturalia, violabantque ea,
quæ directo fuere commissa Petro, qualia si comisisset alias
etiam alii regi subditus, potuisset iure ab illo deponi, & casti-
gari, arg. c. Cum sit. & ei annotatorum, de for. compet.

109 XXXII. Pontificem Romanum eundemq; sumnum, t. ali-
quot maxima statuere posse inter laicos etiam in temporali-
bus: aliquot minima non posse. Statuit Papa, t. quicunq; occi-
deret, vel occidi mandaret aliquem Christianum per assassinos,
hæc, & illa grauissima patiatur, vt legitur in. c. 1. de homi. lib. 6.
Et tamē non permitteretur statuere, regulariter saltem, vt hac,
uel illa pœna castigetur fur, vel aliū, qui committeret contra
soias naturæ leges in terris sibi non subiectis quo ad tempora-

110 lia. t. Nec obstat regula Cui licet plus, licet utique quod est
minus. Quia illi regulæ non est locus, nisi cum maior; vel sal-

**111 tem æqua ratio inuenitur in minori, quā in maiori, ut sentit
glo. recepta regulæ eiusdem, & exprimit glo. c. 1. de torneame-
nis. At oprobrium Christianorum, & grauissimum animarum eo
rum, qui subito occidebantur, periculum (quæ sunt impedimenta
vitaæ æternæ supernaturalis) effecerunt, vt potestas, & iurisdi-
&io Papæ extenderetur ad illam grauissimam prouisionem. d.
cap. 1.**

cap. i. de homicid. lib. 6. Quæ ratio cessat in alio minore casu.
 XXXIII. Verum esse sextum notabile infira tractandum. scilicet
 Summum eundemque Rom. Potifcem posse quemlibet
 etiam laicum corripere, ratione cuiuscunq[ue] peccati morti-
 feri, siue illud comittatur contra leges supernaturales, siue com-
 mittatur circa contractus, siue circa alia prohibita. ut latius in
 eo declarabitur.

112 XXXIV. Etiam lege naturali, et tamen omni lege ciuili & gen-
 tium, humana seclusa, quamlibet ciuitatem iurisdictionem, &
 potestatem habere super singulos illius ciuitatis. Quod ultra
 predicta probat primo illa irrefragabilis ratio. scilicet. quod
 præceptum de non occidendo homine iuris naturalis diuini est,
 secundum omnes. cap. 4. Genes. Exodi. 20. & Mat. 26. sed a le-
 ge diuina nemo potest excipere casum aliquem, nisi Deus ip-
 se: qui condidit illam legem. Quia illud vere est dispensare
 in l. naturali, & diuinâ. Quod fieri nequit ab hominac, iuxta
 glo. i. memorabilem in summa. d. 5. & communem sententiâ in
 lib. 3. sententiarum. d. 37. & Tho. x. Sec. q. 100. arti. 8. ad. 3. &
 Inno. communiter receptum in cap. Quæ in ecclesiarum . de-

113 constitutio. Ergo si qua est lex, quæ in aliquo casu permit-
 tet occidere hominem, oportet illam legem esse diuinam, si-
 ue naturalem, siue aliam ex tempore datam. At hæc de qua
 loquimur, ditio, & potestas extendit se usq[ue] ad hominis oc-
 cisionem inclusive cap. Non solum, &c. Non est 23. q. 5. cap.
 1. de homicid. lib. 6. ita, ut cum necesse est pro quieto statu con-
 gregationis, siue communitatis tollere aliquem e vita, id fieri
 potest mediante ista potestate publica: Ergo qui instituit il-
 lam, per quam id cuiilibet communitati, licet, Deus est, & non
 purus homo: sed Deus fecit illam legem ante legem gratiæ, &
 scriptura Mosaycæ iam inde ab exordio communitatis & con-
 gregationis hominum. Ergo propositum.

114 Secundo facit tamen hac illatione illud singulare dictum
 Bald. tit. de allodiis, scilicet: Quod quando populi non habent
 lumen, & suffragium Imperatoris, oportet, quod ipsi sibi ip-
 sis sint lumen: Et qui non habet ducem ipse est sibi met dux.
 Et ita licet aliqua gens non habeat ducem, neque regem, p[er]
 humanam provisionem, nihilominus habet a natura naturan-
 te, quæ

te, quæ est Deus; potestatem se ducendi, & regendi, & illuminandi. Per quæ verba clare sensit vir doctus, quod si quæ gentes reperirentur in vnum congregatae, illæ seclusa omni di-
 115 spositione humana haberent ab ipso Deo immediate potesta-
 tem regendi se, & faciendi ea, sine quibus non possent be-
 ne viuere in communitate: quæ potestas est hæc, de qua loqui
 mur iurisdictionis laicæ. Facit item id, quod Bal. ait tibi-
 dem, scilicet. Legem Imperialem non posse tollere prouiden-
 tias naturales. Facit & illud singularissimum eiusdem Bald. in
 cap. 1. col. 2. secundæ lectionis supra cod. scilicet: si non est
 spes, quod superior defendat ciuitatem, vel non est in appa-
 ratu id faciendi, potest se ciuitas subdere alteri, & etiam per
 consecutionem accipere vnum regem; cui se subdant: & hoc
 conceditur iure naturali: Vnde (inquit) hodie multa regnæ
 sunt exempta ab Imperio. Quod videtur sensisse glo- noue in
 hoc mihi expensa & singularis cap. Adrianus . 2. 63. distinct.
 quatenus habet reges Hispaniæ a fauibus hostium eam erui-
 se. Quæ etiam sentit non fuisse illos subiectos Imperio, ut di-
 cam in coroll. 65:

116 XXXV. Reges, & regna Hispaniæ iuste se potuisse ab Im-
 perio Romano eximere, etiam si aliquando illi subiecta fuis-
 sent. Q uod ipse non facile admitterem, vt dicam in corol. 64.
 & 65. Illationis autem huius veritas colligitur ex proxime di-
 etis, & ex addendis coroll. sequen. & adiunctis annalibus Hi-
 spaniæ. quibus probatur, eam subactam fuisse armis saraceno-
 rum, a quorum tyrannide non Imperatorum virtute, & auxi-
 lio: sed diuina, & sua propria sese Hispani in libertatem asse-
 ruerunt: Et duæ primæ gentes, quæ id facere cœperunt, nem-
 117 pe Nauarri, & Legionenses suos sibi reges constituerunt vn-
 de alii omnes Hispaniæ propagati, ideinque exemplum secuti
 mira fortitudine, parique prudentia, & rei militaris peritia
 omnia regna huius orbis Hispani e manibus Saracenorum eri-
 puerunt: In qua re Lusitani vltimi sicu, non uno respectu fuere
 primi. Nauarri quidem autoritate ad id summi pontificis ac-
 cedente, ac formam vngendi præscribente, Enecum, non a
 Végorra, quæ Calliz regio est, vt Raphael Volaterranus dece-
 prius ab aliis scribit: sed à Viguta, quæ domus Nauarræ anti-
 qua

qua est. Legionenses vero , Pelagium . Et ita , luxta prædicta elogia Baldi , fundata per superiora , quam optime eximere se se potuerunt ab Imperio , non obstantibus illis , quæ supra modum tollerent Feli . & citatos ab eo in cap . Cum nobis . col . 5 . de præscriptio . Licet enim contra legem diuinam supernatura liter , a Christo datam sit , aliquem Christianum eximi omnino ab ecclesiastica iurisdictione , quæ penes Papam est : contra nullam tamen legem diuinam , nec naturaliter , nec supernaturaliter datam est , ut unus aut alter , & multi , ac plurimi reges exempti sint ab Imperio Romano , vel alio temporali , & ab omni alia potestate laica . Tum ob coro ,

118 larium præcedens . Tum , quia † ante Christum plurimi fure , qui neque suberant , neque subesse tenebantur alicui potestate seculari : Nec postea est instituta a Christo ulla potestas laica omnia complectens . Tum , quia ante illum natum non suberant őes etiam uni sacerdoti : ut in coroll . 61 . latius dicam . Et licet hodie vni sacerdotali potestati oporteat subesse : quia instituta est noua potestas sacerdotalis , quæ omnes comprehendat : Non tamen oportet subesse vni Regi , ut in coroll . 62 . & . 63 . demonstro . Quia nullam talem potestatem laicam regalem quoad omnes instituit ipse , neque ullam talem ulli commisit , ut colligitur ex corol . 21 . et 22 . & aliis .

119 XXXVI . Nullam † communitatem posse abdicare se ita penitus ab hac iurisdictione sibi naturali lege indita : ut nullo causa eam resumere possit . Primo , quia nulla singularis persona potest renunciare potestati se defendendi , secundum gl . sing . I . Pactum inter heredem . ff . de past . quæ satis probatur per I . Non tantum . ff . de appellat . & . c . Contingit . 2 . de lenten . ex communione . Ergo a fortiori nulla communitas publica poterit ita renunciare prædictæ iurisdictioni datæ lege naturæ ad sui defensionem publicam : Quandoquidem utraque est concessa lege naturæ : & magis necessaria , & utilis est defensio publica , quam priuata , arg . cap . Si diligent , de foro compe . adiuncta . I . Si quis in conscribendo . C . de pactis . Deinde , quod I . fin . ff . de constit . princi . & . § . Sed quod princi . Insti . de iure naturali gen . & ciuil . habent : Populum Roma . concessisse iurisdictionem Imperatoris , & uon in eum transtulisse : † Quam differentiam vigilans

tissimus

tissimus Accursius sensit in. l. Non ambigitur. ff. de legi. Postremo , quod Baldus citatus in. 32. coroll. dicebat in tit. de alio- diis agens de hac potestate , non posse Imperiali lege tolli pro uidentias naturales . Non obstat , quod multi populi videntur carere omnino iurisdictione ; vt notatur in. d. l. Omnes populi , & in cap. Cum omnes . de constitu. Quia non carent omni- nino iurisdictione : sed eius vsu . Habent enim illam , saltem in habitu , licet careant actu . Et ideo quoties incideret casus , in quo populorum gubernationi non prouideretur , per eos , quibus electione , hereditate , vel alias concessus est usus iuris- dictionis , poterunt ipsi ea utri , vt clare docuit Bald. in cap. 12. supra eod. col. 2. secundæ lectionis : & in d. titul. de allod. & clarius , his tamen non adducetis ; Jacob. Almaynus in lib. de auth. Pap.

121 XXXVII. Ratio vera & noua , t quare clerus non potest statuere quicquam contra superioris legem cap. Quod super his. de maior. populus autem sic , l. Omnes populi. ff. de iustit. & iure est enim illa , quod populus laicus , licet concederit Imperatoribus aut regibus iurisdictionem , quæ sibi naturaliter competit , & ita usum eius , & exercitium : Retinuit tamen sibi habitum illius , & radicem : & ita facile potest presumi , velle principem , vt quilibet populus statuat ea , quæ sibi conueniunt , modo ei non prohibeantur expresse. Clerus autem nullam penitus habet , nisi quam a superiore accipit : & quia ab illo non accipit facultatem statuendi contra legem ipsius , ideo non potest aliquatenus contra illam statuere .

XXXVIII. Unde usq; ad. Llll. soluntur arg. partis aduersæ .

Ad 1. Infertur solutio primi argumenti ; pro priore , ac communi 1. opinione supertius per nos facti , scilicet hunc tex. in verb. intendimus , solum a contrario sensu significare , posse Papam , & vellet miscere se his , quæ sunt iurisdictionis regis Francorum , & ideo nihil probare contra id , quod alio iure inueni : **122** rur sit. Quoniam t argumentum a contrario sensu nul las vires habet eo casu , iuxta cap. Anobis 2. de senten. ex- communicationis & glo. cap. Significasti de foro compet. cum multis

multis aliis ; qua ibi adduximus .
 Ad. XXXVIII. Infertur solutio. 2. argumen.s. quod in casibus
 2. in eo relatis , & aliis , quos referunt in eo citati , potestas ec-
 123 clesiastica cognoscit inter laicos : † Aut quia ea , de quibus
 cognoscit sunt supernaturaliter instituta , vel reuelata , quales
 sunt articuli fidei , & qualia sacramenta : aut eis annexa , qua-
 lia sunt sacramentalia : Aut per legem diuinam supernaturale
 declarata , cum essent obscura sola lege naturali attenta , qualis
 est prohibitio usurarum , aut inest eis aliquid supernaturaliter
 institutū , quales sunt personæ clericorū : Aut cognitio illa est
 necessaria , vt aliqui vitā consequātur æternam , vel aliqua su-
 pernaturalia , aut vt nō impedianter ab illis consequendis , qua-
 lis est gubernatio Imperii , cum illud vacat , & datio curatoris
 alicuius regis , & similia : Aut ratione donationis , cōsuetudinis ,
 priuilegii Imperialis , vel regalis . Non aut̄ ideo , quod vlla potē-
 stas laica formaliter actu , vel habitu sit in ipso Rom. Pōtifi . qua-
 tenus est pontifex , licet multā , magnā & supremā habeat , qua-
 tenus est rex in eis terris , quas donatione Imperatorum ha-
 bet ecclesia Ro. nemini subiectas .

XXXX. Infertur solutio. 3. argumenti , † scilicet quod illud ,
 maximū impedimentū supernaturalis beatitudinis consequen-
 dū , & aliorū supernaturaliū in ecclesia Christiana exercendo-
 rum , quod oriebatur fidelibus ex infidelitate , & defectione grę-
 corum Imperatorū ab ecclesia Romana , & consensus eorum ,
 qui suberant Imperio , fidelīū , effecerunt , vt potestas predicta
 ecclesiastica extēderetur ad transferendū Imperiū , & ad ponē-
 das in illa trāslatione leges , per quas satis consultum esset ec-
 clesiaz Christianaz , & fideliū saluti æternaz : & supernatralium
 exercitio : in quibus fuit illa , per quam constitutū fuit ad quos
 pertineret electio Imperatoris , & ad quem confirmatio , & ad
 quē cognitio vacāte Imperio , & id genus alia . Non autē ideo ,
 quod potestas Imperialis actu , vel habitu esset penes Rom.
 Ponti . ante quam translatio illa fieret .

Ad. 4. XLI. Infertur solutio. 4. argumenti . s. excellentiorem esse
 125 potestatem ecclesiasticam laica , sicut aurum excellentius
 est plumbo : non autem hanc illi inesse , sicut neque auro in-
 est plumbum . Et ecclesiasticam quidem comparari Soli , & lai-
 cam

cam Lunæ: Non ideo, quod laica suam vrm accipiat ab ecclesiastica, sicut a Sole accipit Luna: Sed quia est minus perfecta, & longe inferior in se se, quam illa. XLII.

Ad. 5. Infertur solutio. 5. argumenti, fundati in illis uerbis.

126 + cap. 1. 2. 1. distin. Christus Petro xtemæ uitæ clauigero iura terreni simul, & cœlestis Imperii commisit. Nempe, quod sicut per uerbum, cœlestis Imperii, non intelligitur paradiſus, & ecclesia triumphans: Ita per uerbum; terreni, non esse intelligendam potestatem laicam: Sed per regnum cœleste intelligendos esse bonos, & per terrénū malos. Vel per regnum cœleste eos, qui cœlesti conſeruationi deduntur; quales sunt personæ ecclesiasticae: & per terrenum, eorum qui terrenis rebus curandis animum intendunt, quales sunt laici. Vel germanius, per verbum, iura, intelligendam esse potestatem ecclesiasticam, siue spiritualem, & sensum esse, Petro data esse iura regni cœlestis, & terreni, id est, potestatem spiritualem, tam super Imperatore, ac aliis omnibus laicis, quam super prælatis ecclesiæ, ac omnibus aliis clericis. Quæ potestas spiritualis extendit etiam ad omnia temporalia, quatenus id est necessarium ad salutem mortalium spiritualem. Infertur etiam solutio, & intellectus mandati eiusdem Nicol. in illo. 5. arguimento assumpti ex cap. Authoritatem. 15. q. 6. per quod mandabat quibusdam, ut spirituali simul, & temporali gladio malignos insequerentur. Intelligendum enim est illud, quod ait de materiali gladio, per invocationem eius in adiutorium gladii spiritualis, iuxta cap. 1. & ei annotata, de offic. ordina. vel quia ex consuetudine, donatione, vel priuilegio Imperatorum, vel regum competebat ecclesiæ iurisdictio temporalis in eis terris, de quibus loquitur.

Ad. XLIII. Infertur solutio. 6. argumenti + scilicet idem quidem

6. esse dicendum de aliis regibus, quod de Imperatore quantum

127 ad hoc: quod sicut aliorum regum potestas non est penes Papam ex diuina institutione: ita nec Imperatoris. Quanuis super Imperio multa competant Papæ, per leges humanas in translatione Imperii de consensu populorum fidelium, in quos translata fuit potestas eligendi, iuxta ea, quæ habentur in. d. cap. Venerabilem. & Cle. Rhoma. de iure iuri. & ea quæ diximus

28. mus supra in coroll. 8. & 9. & 10. + Vnde colligi potest intellectus verus cap. Alius. 15. q. 6. & cap. Grandi. de suplennegli. li. 6. citatorum in arg. Intellectus item verus omnium illorum qua a Doctoribus , cum in arg. tum alibi citantur. Quæ sonant potestatem regum non agnoscendum superiorem, esse penes Papam . Intelligi enim debent esse penes Papam quantum ad hoc , quod potest iubere usum eius , quatenus ratio consequendæ vitæ supernaturalis , gratiæ , aut gloriæ id exigit , & quod etiam ipsemet Papa eis negligentibus potest facere id. quod ipse poterat quoties, & quatenus ratio illa vitæ supernaturalis consequendæ id postularat.

Ad XLIII. Infertur, falsum esse illud dictum doctorum relatorum in. d. 6. argumen. scilicet nullos reges potuisse usucapere, siue prescribere libertatem , vel alias se se eximere ab Imperio , nisi se subdendo Papæ quoad temporalia . Quoniam nulla ratione , vel iure id efficaciter comprobatur , & per supradicta palam confutatur : & apertus est nouus modus, quo reges ab Imperio se se potuerunt eximere in cor. 22.

Ad XLV. Infertur solutio. 7. argumenti, + scilicet Imperatorem quidem suscipere infulas , & coronam a Ro. Ponti. Sed non ex diuina institutione , & ratione solius potestatis traditæ ei a Christo : Sed humana constitutione apposita in translatione Imperii, vt in. 38. illatio & solut. 2. arg tangebam .

Ad XLVI. Infertur solutio. 8. argumenti , scilicet + Christum quidem verum & viuersalem monarcham fuisse etiam quo ad 120 temporalia : non tamen concessisse Petro totam potestatem suam , quam habebat , etiam quatenus homo erat omnium potentissimus . Quia non transtulit in eum , neque concessit ei ullam potestatem laicam directe respicientem naturalia , vt predictum est : Imo neque omnem ecclesiasticam etiam spiritualem . Non enim potestatem illam excellentiæ faciendi miracula , instituendi , sacramenta , & dandi sine sacramento esse etum sacramenti , & id genus alia , vt pulchre docet Thomas in fine cap. 10. lib. 3. de regi. princi. Neque ullus unquam contrarium asseruit , & ita non sequitur . Hoc potuit Christus quatenus homo : Ergo & potest Papa quatenus eius uicarius.

Ad. 9. XLVII. Infertur solutio. 9. arg. scilicet, + quod potestas illa

131. illa ita benedicendi , vel ungendi reges , vt per eam solam quis fiat rex , non inest Papæ , quatenus Papa est sola lege diuina inspecta , licet benedictio alia simplex non traditiua potestatis regalis competat ei hoc respectu .

Ad 10. XLVII. Infertur solutio corū , quæ non pauca congeruntur in argumento , scilicet unctiones illas primorum regum

132. Hebræorum factas quidem fuisse a sacerdotibus : Sed si & quatenus saltem erant regalis potestatis traditiua , nō fuisse factas virtutes potestatis ordinariæ , quā habebant quatenus erant sacerdotes : Sed uirtute potestatis in id a Deo delegata , quatenus tanquam ministri Dei speciatim ab eo in hoc deputati id fecerunt , vt in arg. 9. pro nostra conclusione adducto probatur .

133. Id item quod in d. arg. 10. tangitur in re graui , & multum dubia recurrentum ad sacerdotes Leuiticis generis . &c. solum concludere uidetur , ecclesiasticam potestatem extendi ad temporalia ; quatenus ratio salutis æternæ id postulat . Quod nunquam negauimus . Cum enim quæstio aliqua , etiam tantum temporalia tangens ambigua est , & ideo grauia scandala , & lites , ac discordias parit inter Christianos , necessaria est eius solutio ad tollenda impedimenta salutis æternæ . Quæ ratio fuit decidendi graues illas quæstiones , de quibus in cap. Rainucus , & cap. Raynaldus , de testamen . & in cap. Si pater. cod. tit. lib. 6.

Ad 11. XLVIII. Infertur solutio . 11. argumenti + ecclesiam quidem militarem instar habere triumphantis in multis : non au-

134. tem in omnibus : alioqui essent in hac quoque omnino beatitudo , sicut in illa , & nulla esset hic edendi , vel bibendi necessitas , sicut neque in illa . Quare latus est in hac esse unum summum principem tantum in spiritualibus , tantæ ac talis potestatis , cui omnis secularis potestas subdatur , & qui ea vti possit etiam circa temporalia , cum ratio salutis æternæ id poposcerit , uel ad iubendum aliis secularibus monarchis , ut sua potestate utantur : aut ad faciendum ea , quæ ipsi facere neglexerint , cum salutis æternæ impedimento euidenti .

Ad 12. XLVIII. Infertur solutio . 12. argum. + scilicet Christum op-

135. timum maximum legislatorem , optimam rationem gubernandi instituisse monarchiam , scilicet quoad spiritualia , quæ

quæ se ad temporalia quoque extendat cum, ubi, quando, cur, & quatenus ratio spiritualium, & supernaturalium id exigit: Non autem instituisse, nec oportuisse instituere, ut suus ille vnicus vicarius ad saluandas totius orbis hominum animas relictus, omnini regum potestatem ordinariam, etiam quoad temporalia haberet. Tum ne spiritualium & æternorū oblitus curis se illigaret secularibus, & perituris, iuxta. c. Te 136 quidem. 11. q. 1. Tum quia, + vera monarchia ecclesiæ nō requirit, vt ei subditi nullam potestatem suscipiant immediate a Deo: Et vt omnia veniant eis per manus ipsius vicarii, quod sit eius monarchia. Quoniam si hoc requireretur non esset vera monarchia in ecclesia, nec Papa verus monarcha, etiam si virramq; summam potestatem ecclesiasticam, & laicam haberet, etiam quoad actū: Quoniam alia multa suscipiunt Christiani a Deo immediate, nempe gratiam gratum facientem, virtutes infusas, inspirationes bonas, dona Spiritus sancti, gratias gratis datas, & id genus alia multa, quæ non transeunt per manus Papæ, neq; officiarios eius: quorum tamen susceptio fortius deberet corrumpere monarchiam Papæ, quam suscep-
tio potestatis temporalis. Si quidem illa sunt spiritualia: hæc vero temporalia: Et monarchia hæc magis est spiritualis, quæ temporalis, etiam secundum eos, qui tenent viranque potestatem esse penes Papam, vt patet per illa multa dicta Thom. citata in coroll. 16.

Ad L. Infertur solutio. 13. argumenti, scilicet + translationē illam Imperii valde necessariam fuisse illo tempore ad salutem spiritualem populorum Christianorum, & ideo Roma. Pontificis autoritatem ad id pertigisse per quandam consecutionem. Quæ tamen non pertingit ad alia minora. Quoniam tunc demum potest minora, qui maiora potest, ut habet argu-
mentum, cum eadem ratio, vel maior est faciendi minora,
quam maiora, vt in corollatio. 16. probauit. Quod in hac re non contingit: cum longe maior ratio suadeat, vt vicarius Christi omnium hominum seruatoris possit spiritualia, quæ di-
recte respiciunt supernaturalia, & æternam salutem eorum,
quam temporalia, quæ ad id non pertinent, nisi indirecte:
quo casu etiam ea poterit.

Ad. 14. LI. Infertur solutio. 14. argumenti, scilicet potestatem ecclesiasticam posse quidem iudicare de mediis saluis aeternae, quam ipsa proponit, quatenus ad eam est necessarium. Quod concedimus. Non autem quatenus non est necessarium. Quod est id, quod negamus.

Ad. 15. LII. Infertur solutio. 15. argumenti, scilicet, quod nihil aliud concludit, quam. 14. & eodem modo soluitur, quo illud mutatis mutandis. Quod gratia breuitatis non explicemus.

Ad. 16. LIII. Infertur solutio. 16. argu. scilicet spiritualem potestatem extendi ad omnia, quae sunt necessaria ad salutem hominum aeternam, iuxta ea, quae in illar. 33. 34. & 35. dicta sunt.

Ad LIII. Infertur intellectus Extraug. Bonifa. 8. Vnam sanctam, de 139 maiori. & obedientia, & omnium in ea contentorum, scilicet quod debent reduci ad hoc, quod potestas spiritualis sublimior est temporali, ut aurum plumbo: & quod haec subest illi adeo, ut cum ratio supernaturalium id exegerit, poterit imperare ei opotuna: & eam, si opus erit censura ecclesiastica cogere ad faciendum ea: imo & facere ea, quae secularis facturus erat eo nolente facere, quatenus ratio illa supernaturalium possit, & non amplius. Quod satis significavit Extraug. Meruit. de priuileg. Clemen. V.

140 LIII. Ecclesiam catholicam vnam quidem esse, fuisse, ac fore ab exordio in finem usque mundi, dictam coepisse ab Abelo propter ipsius innocentiam, ut post Gregorium in homel. 20. super Mattheum, declarat Aluarus Pelag. in lib. 1 de planet. eccles. articul. 36. & melius art. 63. sub litera. H. col. 2. Non tamen semper habuisse unum summum monarcham penes quem esset summa sacerdotalis, seu ecclesiastica potestas omnium fidelium: Alii enim in aliis, aut dominibus, aut ciuitatibus, aut gentibus fuere sacerdotes, neque omnes unum summum suberat. Quod satis affirmat Tho. li. 1. de regi. princi. cap. 14. Neque enim usque ad Christi adventum necesse fuit omnes omnium gentium fideles unum subesse sacerdoti, etiam Hebreworum: Quorum leges quatenus non erant naturales nullas alias gentes, quam Hebream obligabant, ut colligitur ex Dyon. c. 9. Cel. Hierarch. & tradit Tho. receptus. 1. Sec. q. 98. art. 5.

140 LV Infertur ratio soluedi argumentum illud, quod aliquando in con-

in cōfessu·doctissimorū vītorū per me propositum remansit info-
lūtūm. Impugnaturus enim gl. sing. c. Non autem. 7. q. 1. quate-
nus habet, nō posse fieri, vt duo essent Papæ eod. tēpore etiam
ex vrgentissima causa, vt Iacob. Almay. determinat in lib. de ec-
cle. potest. cap. 5. quicquid sentiat Ioh. Maior, in. 4. d. 24. q. 3.
Impugnaturus (inquam) hæc, sic argumentabar: In omni eo,
quod lege naturali, diuina, vel supernaturali vetrum est, potest
ob necessitate dispensari, si ob eam alias circa id inuenitur in
sacris literis dispensatum, iuxta id, quod sentit glo. memoria-
bilis, & clarius exprimit Cardi. Alex. ibi in. c. Quoniam. 48. di-
stin. At ante legem nouā, cum verus adhuc vigeret, multi erant
summi sacerdotes, non agnoscentes alios superiores: Ergo &
nunc post nouam multi tales poterunt esse; saltem per dispen-
sationem ob causam iustum. Ex proxime enim prædictis infer-
tur modus soluendi hoc argu. I. quod nusquam ante legē euau-
geliā fuit talis summus pontificatus. qualis nunc est: & ita non
potuit antequā esset, ob vllam necessitatē, vel utilitatē relaxa-
ri lex diuina de vnico summo Pōtificatu Petro, & successoribus
eius cōmisso. Neq; postea quā cœpir vnquam est relaxata: Cui
consequēs est, vt neq; nunc relaxati queat. Qua eadē ratione
neque duo Papæ possunt præesse Papatu: Licet pessint esse duo
Imperatores eiusdē Imperii, & duo supremi reges eiusdē regni.
Quia nulla vnquā lege diuina, neq; naturaliter, neq; superna-
turaliter data, neq; ante, neq; post euangeliū statutū fuit: vt vna
tantum esset monarchia: & unus tamen monarcha toti orbi quō
ad temporalia.

LVI. Temerarios et insanos + esse illos qui negant vlos
homines vlli potestari subiici. Tum, quia id est contra ius natu-
rale, & oīa citata supra in corol. 20. Tū, quia hereticum est id
asserere, etiam de Christianis etiam iustis, per Clem. Ad no-
stra .in Versicul. Tertio. de hære.

LVII. Falsum esse id, quod tenuere pauperes Ludunenses,
& Vualdens. reuocatum a Ioh. Vniclef. & condemnatum a con-
XLII cil. Basiliens. vt habetur post sess. 45. conci. Constant. t scilicet
potestatē ecclesiasticam ita iure diuino fundari in charita-
te, vt nemo eam habere possit, nisi charitatem quoq; habeat,
& sit in statu gratiæ gratiæ Deo facientis. Quoniam nemo

Icit se amore dignum. cap. 9. Eccles. & ita consequeretur, neminem scire se esse verum episcopum, vel parochum. Quæ ratio, licet videatur Iacob. Almayno in cap. 3. de potestat. eccl. evidenter errorem prædictum confutare: non tamen satis confutat. Quoniam etiam retenta opinione contraria communi, nemo vere scit, se esse episcopum, vel parochum: quia nescit se vere baptizatum, nec habere characterem baptismalem. Cum illa nequeat haberi, sine debita intentione baptizantis, quæ a baptizato sciri nequit: & sine illo nequit esse episcopus, neque presbiter. cap. Veniens de presb. non baptiz. Fortius igitur facit, quod secundum eorum opinionem; qui caderet a gratia gratum faciente, caderet quoque ipso iure ab episcopatu, & quolibet alio beneficio iurisdictionem habente: & ita sine noua promotione non posset esse episcopus, vel parochus. Quod est absurdum. Ex quo infestatur, fortius errare Bohemos, qui dicebant, non solum Deo gratum: sed etiam ab ipso prædestinatum esse oportere illum, qui alicuius potestatis ecclesiastice futurus sit particeps.

142 LVIII. Errare t̄ illos etiam, qui putant, potestatem ecclesiasticam ita fundari iure diuino in fide, ut ea carens, carere quoque necessario dicatur hac potestate. Quoniam primo nullo iure diuino est inducta pena priuationis ipso iure ob hæresim, ante binam saltem monitionem, ut eleganter probat Thos. a Vio in c. 23. de auth. Pap. & concilii, & latius dixi in c. Nunc autem. 21. d. Deinde, quod Papa hæreticus nō incidit in poenam contra hæreticos ab ecclesia statutam, arg. c. 1. cum ei annotatis de consti. l. Princeps. ff. de legi. & tradidimus latius supra in cor. 13. Postremo, quod neque alii prelati inferiores perdunt suas dignitates ob hæresim conceptam, & omnino occul tam. Quæ communis est opinio Theologorum, & probatur arg. a contrario sensu in cap. Audiuius. 24. q. 5. in illis verbis: Qui hæresim nouam ex corde suo finxit, ex quo eam prædicare

143 coepit, neminem damnare potuit. Quare t̄ verius videtur, hanc potestatem fundari in charactere baptismali, arg. cap. 1. &c. Veniens de presb. non baptiz. quod etiam tenuit prædictus Iacobus. A quo tamen dissentio, quatenus in probatio

144 ne huius conclusionis presupponit, t̄ in capacem esse huius iurisdi-

jurisdictionis iure diuino eum, qui non est clericus. Tum, quia etiam foemina religiosa est capax eius cap. Dilecta de exces. præl. Tum, quia etiam laicus vii potest ecclesiastica iurisdictione per commissionem specialem Papæ cap. Præter adiuncta glo. communiter recepta, verb. Ducibus. 32. d. & anno tatis in glo. cap. 2. de iudi. Quamvis verum sit, laicum esse in capacem illius iure humano cap. Bene quidem. 96. distin. &c. d. cap. 2. de iudi. cum aliis, quæ nota sunt.

¹⁴⁵ LVIII. Falsam videri differentiam ^t illam Iacobi Almayni in lib. de potest. eccles. cap. 1. col. 3. quam inter potestatem ecclesiasticam, & laicam ponit: Videlicer, quod hæc nunquam fuit regulariter, & immediate a Deo instituta, licet per rationem naturalem esset debita: illa vero immediate fuit a Christo instituta. Tum, quia ratio, ex qua illam differentiam deducit, non concludit eam: sed aliud longe diuersum, scilicet potestatem laicam totam non fuisse a Deo vlli datam: Potestatem autem ecclesiasticam sic. Quod & verum est. Quia nusquam regulariter iussit Deus, ut uni, vel pluribus: hiis, vel illis quoad potestatem laicam pareretur: Cum tamen specialiter de potestate ecclesiastica statuisset Christus, ut uni Petro parerent omnes, Ioh. 20. &c. Solite. de maior. Tum, quia potestatem laicam deberi communitati hominum lege, ac ratione naturali non infert, eam non esse a Deo immediate datam: Imo potius concludit contrarium. Nam potestas edendi de omnibus rebus sive suis, sive alienis inferioribus, tamen natura humana ad conseruandam vitam propriam tempore necessitatis extrema cuilibet est debita lege naturæ cap. Discipulos. de consecrat dist. 5. cap. Si propter necessitatem. de furt. cum eis annotatis: non tamen ob id desinit dici data cuilibet immediate a Deo. Potestas item defendendi se ab alio iniurio inuatore, & etiam occidendi eum, si aliter defendi nequeat, debita est cuilibet, lege naturali. Ut vim: ff. de iusti. & iur. Non tamen ex eo infertur, eam non esse datam immediate a Deo: imo potius contrarium. Tum, quia Durandus, cuius doctrinam sequitur in hoc potissimum idem Iacobus in tracta. de iurisdict. eccl. non ponit hanc Iacobi differentiam: sed eam, quā ipse supra posui. Iohan. etiam Parisiensis, cuius doctrinam

plurimum sequitur ille, quod nos, ait expresse, vt dixi in.
20. coroll.

Verius itaque fuerit dicere primo, utrunque harum potestatum conuenire in hoc, quod utraque est data immediate a Deo, & quod neutra hodie queratur alicui ita ex immediata largitione Dei: vt nullum hominum ministerium prærequiratur. Quoniam præuenire debet electio, vel, successio. Differre autem in eo, quod laica data est naturaliter, & generaliter, ita, quod nihil speciatim de illius creatione, vel de illius alicui traditione cautum fuerit, saltem in generis humani, & illius creationis principio: licet postea de potestate communis tatis Hæbreorum sic. Ecclesiastica uero data est supernaturaliter, & specialiter ita, quod speciatim de ipsius creatione, & traditione Petro quoad totam, & aliis quoad alias partes cautum fuerit, vt predictum est, in corol. 18. Esse item aliam differentiam singularem inter has duas potestates, scilicet, quod, licet utraque hodie queratur, & accipiatur a Deo immediate, longe tamen mediatus laica, quam ecclesiastica. Laica enim accipitur mediante electione communis expressa, vel tacita, qua, quod suum erat alii concessit, vel mediante successione in tali electione fundata. Potestas uero ecclesiastica, licet etiam accipiatur mediante electione ecclesiæ, vel cardinalium eam representantium: non tamen accipitur tanquam res aliqua que sit fuerit ue ipsius ecclesiæ, secundum opinionem Romanorum relatam in corol. 19. Licet, secundum opinionem Parisiensium, Gerson. scilicet, & aliorum multorum sic. Secundum enim eos potestas hæc Papalis data fuit ecclesiæ in persona Petri, & etiam Papa mortuo, est in illa, & esset in concilio oecumenico legitime congregato: Quod magn s. viribus contendit confutare Tho. a Vio: & magnis defendere Jacobus, & Ioh. Maior citati in d. coroll. 19.

LIX. Non videri uerum id, quod quidam eruditæ noue diligenterunt scilicet, t non solum communites: sed etiam Reges suam potestatem capere a Deo immediate: Quoniam primo nemo negare potest regiam potestatem fuisse ante reges in ipsa hominum conuentum communitate: Quippe qui tanquam a lege naturæ ortam, vt est recepta opinio & probata su
pra

pra coroll. 23. ab exordio mundi , uel cōmunitatis, oportuit
 cōpisse. 5. distin. in princi. cum tamen reges postea cōperint
 esse. Deinde , quod reges sunt aut electione , aut successione:
 & ita mediante aliqua re creata . Præterea , quod licet aliquo t.
 reges & aliquot alii potestate regia vtentes, a Deo ipso imme-
 diate fuerint instituti , aut electi , ut Saul , Dauid, & ante illos
 Moyses : Et ita licet electi , & instituti immediate a Deo, ab ip-
 so acceperint immediate potestatem regiam . Alii tamen , quo-
 rum de numero sunt , & fuerunt fere omnes , mediante aliqua
 causa secunda , vel signo, eam a Deo accipiunt . Præterea quod
 licet Petrus immediae a Christo succepisset Papalem potesta-
 tem : alii tamen eius successores mediante electione ecclesie ,
 uel cardinalium eam in hoc repræsentantium , suscipiunt cap.
 Licet de uitanda . de ele&io . Clem. Ne Romani . cod. tit. & cap.
 Vbi periculum eod. tit. lib. 6. etiam secundum opinionem Ro
 148 manorum tacitam corol. 19. & 20. Quanuis secundum t. eos
 Papa non suscipiat suam potestatem , ab ecclesia , quæ eligit
 eum : sed a Deo : Ergo a fortiori etiam alii reges , qui non
 fuere immediate a Deo instituti & electi , mediate suscipiunt
 suam potestatem a Deo . Postremo , quod aliud est potestatem
 regiam immediate esse a Deo creatam: & aliud eam immedia-
 te illi , aut illi homini esse traditam . Illud enim verum fuit , &
 est semper , & vbique : hoc autem raro , ut ex Duran. & Ioh.
 Pari. vbi supra colligitur . Non obstat illud Sapient. 8. Per me
 149 reges regnant . &c. relatum in l. Inter claras . C. de summa
 Trini . Et illud ad Rom. 13. Omnis potestas a Deo est . Quo-
 niam ad sumimum solum probant potestatem regiam creatam
 esse immediate a Deo : Non autem ab eo immediate illi , aut
 illi homini datam . Per Deum quidem regnant reges artatis no-
 stræ: quia regnant per potestatem , quam habent ab ipso im-
 mediate creatam: sed mediate acceptam successione scilicet ,
 ut fere omnes reges Christiani : aut electione , ut Imperator ,
 & aliquot alii .

LX. Insanire illos , qui dicunt t regna , & regiam dignita-
 tem , ac potestatem esse contra iura naturæ . Quoniam pri-
 mo per superiora palam est iure ipso naturæ unicuique ciuita-
 ti esse potestatem regna gubernandi , suos ciues ad bonum

communae & illam ciuitatem iure naturæ nō prohiberi exerce-
re eam per alium. At regnum nihil aliud est, quam ciuitas, aut
prouincia gubernata per vnum ad bonum commune; ut collu-
gitur ex Th. lib. 1. cap. 14. de regi. princi. & ex. Arist. in. 3. et.
4. Poli. Deinde, quod potest quis per alium facere id, quod i
per se ipsum potest cap. Potest. de regul. iur. lib. 6. Et per su-
periora constat iure naturæ solo attento ciuitatem ipsam posse
per se ipsam uti potestate regia: Ad hæc, quod rationum gu-
bernandi (quæ tres sunt) optima est monarchia; siue regalis;
id est, gubernatio per vnum, ut in argumento. 12. contra no-
tabile facto probabam. Postremo, quod id, quod est contra
ius naturale nullo tempore, aut loco potuisse laudabile, aut
iustum. 5. distin. in princi. At apostolus commendat Melchise-
dech regem Salem: Et Iosippus approbavit regnum Pharaonis
cum procurationem regni ipsius acceptauit, Gene. 41. Ia-
cob. item, cum regionem Gessem in colendam ab eo accepit
Gene. 47. Daniel item, qui præfecturam suscepit a Nabuchodonosoro, Daniel. 7. Sunt & alia sexcenta sacræ scripturæ loca,
in quibus, vel duces, vel iudices, vel reges constituantur, aut
laudantur ab ipso Deo omnipotente, ut videre est in lib. Exo-
di. Iudic. Regum, & Machabæorum, vel ab apostolis colun-
tut, iubentur ve coli. 1. Petri. 2. & ad Ro. 13. & alibi sæpe.

151 LXI. Stultam etiam videri eorum opinionem, † qui dicūt
licite quidem fieri posse, ut alias in alia ciuitate regnet: non
tamen ut vnum multis in ciuitatibus, & prouinciis regnet & im-
peret: Imo contra naturæ leges esse, ut rex, & dominus noster
regnet in tota Lusitania, Carolus Quintus quatenus rex in reli-
qua Hispania, & quatenus Imperator in Germania: Héricus. 2.
in Gallia, & alii in aliis magnis prouinciis. Quoniā primo hęc're
gna, & imperia omnia sunt approbata per ecclesiā vniuersam. c.
Venerabilem de electio. c. Cum longe. 63. distin. c. Grandi. de
supplen. negligens. prælat. li. 6. c. Per venerabilem. qui fil. sint le-
git. Imo & eorum aliquot per Deum Opt. max. supernaturaliter,
152 † ut hoc florentissimum Lusitanie per quinque Christi stig-
mata diuino Alfonso huius nominis, & omnium regum Lusita-
norum primo diuinitus, quæ diuina clementia fuit, ostend-
sa, & in insignia regia insigni pietate in æternum suscepta.

Regnum

Régnūi item Franciæ per tria lilia in insignia regalia, & per ampullam sanctam in sacramunctionem Clodouo primo regum Christianorum Franciæ eccliticus demissa. Deinde, quod licet non desine aliquor respectus, ob quos satius esset vnamquamque ciuitatem a suo peculari regē gubernari: non

153 tamen illi cohereduerunt, malum esse multas pér unum regi. Quia & multæ sunt causæ, ob quas longè utilius est multas ciuitates sibi mutuæ esse annexas, subdique vni regimini; siue aristocraticæ; siue democraticæ, siue monarchicæ, quam pluribus. Quorū de numero sunt, quod facilius se se tueri poterunt ab hoste communī, eo quod Fortior est virtus unita se ipsa dispersa, secundum Arist. Et, quod audientius, & apertius facient iusticiam oppressis: maleficos punient: aliena tenentes ad restituendum cogent, & ne capiant arcebunt: seditiones, & factiones extinguent. Quod palam faciunt factiones Castellanæ tam longe lateque olim ardentes sub magno Regum Catholicorum & Caroli Quinti Imperio extinctæ. Factiones item Nauarræ in se pridem crudelissime seruientes: nunc vero sub eodē. Carolo intermortuæ. Adde quod Saul, & David diuinitus præfecti fuere toti Hebreorum genti, per multas varias, & magnas ciuitates; & prouincias dispersas; Postremo, quod nulla lege naturaliter lata veratur coniunctio duarum, vel plurium ciuitatum, quo minus electione, aut successione vni regimini, & vii rectori se communī consensu subiiciant. Non obstat primo, quod Nembroth & primus rex post diluvium descendens per lineam reprobati Cham, dicatur fuisse tyrannus, & per tyrannidem usurpasse potestatem regiam, quæ post diluvium videtur fuisse penes Noam, & successores eius, per lineam Sem approbati, iuxta communem intellectum

154 cap. 10. Gene. Non (inquam) hoc obstat. Quoniam primo responderi potest argumentum ipsum præsupponere alium scilicet Noam fuisse regem ante Nembroth. Deinde negari potest, regnum ipsius fuisse iniustum, & tyrannicum, ut negant aliquot authores citati in illa gemmea cathena, quam su-

155 per Genesim composuit & doctissimus idemque pientissimus vir Aloisius Lippomanus, nunc episcopus Veronensis Reuerendissimus: qui ante paucos annos legatus a Sede

Apostol.

Apostol. in nostram Lusitania missus tanta pietate, ac iusticia pere liberali, tanta morum sanctimoniam, & eruditio admirabili resplenduit, ut merito haberi debeat omnium, qui nostra aetate a Sede Apostolica fuere legati, cum paucis principes: Sed quia eos opinio contra tenet, ut colligitur ex ead. cathena &c. fina. 6. distin. III. responderi posset, quod licet ipse met Nembroth, & successores eius ab initio violenti fuisse sent: tamen postea potuerunt iusti reges consensu coacto eius, uel eorum, quorum inter erat, mutato postea in voluntarium, & uerespontaneum: Sicut & in matrimonium consensu coacto contractum non ualeat quidem: at si consensus ille coactus fiat spontaneus, valebit saltem a tempore talis mutationis, cap. Ad id. de sponsal. cap. final. de raptor. III. responderi potest, quod licet eius regnum iniuste coepisset: non, tamen ideo consequitur omnia regna iniuste coepisse. Noas enim ipse, Sem item, & Iaphet, & aliquot filii eorum potuerunt iuste regnare alibi consentientibus ciuitatibus, quas regerent, & multis aliis modis alia iusta incipere, iuxta ea, quae tradidimus in coroll. 2. V. palam tollitur, eo quod hoc argumentum que probat illam ciuitatem habere posse suum proprium regem, ac quod multæ non possunt habere unum. Quia regnum Nembroth unius ciuitatis tantum coepit esse. At horum prius illud non potest probare: quia falsum esse cor. proximum monstrauit: Ergo neque hoc posterius.

Non obstat. 2. quod August. significat in li. 18. de ciui. Dei cap. 2. & Duran. ubi supra explicat, tamen quatuor celeberrima omnium imperia, primum Assyriorum, & Chaldaeorum. II. Medorum, & Persarum. III. Cræcorum. IIII. Romanorum, per violentiam coepisse. Non (inquam) hoc obstat. Tum, quia illi non negant, aliqua alia iustum habuisse exordium. Tum ob ea, quæ priori arguento respondebam.

LXII. Errare comunè, quæ a plerisque omnibus citatis per Ioh. Ign. ubi supra recepta est, quatenus putat iure diuino unum esse oportere Imperium laicu[m] totius orbis: sicut & unum est Imperium ecclesiasticum. Quia primo id nullo iure diuino supernaturâliter dato, sive revelato probatur. Deinde nulla naturali ratione id concludi potest: Imo. Ioh. Parisi

ubi

foliog. A

ubi supra cap. 3. col. vlti. dixit, potestate in viuis cuiusque ciuitatis naturalem esse: Imperium uero in multos non item. Et ante ipsum Aristot. in Polit. maxime lib. 7. cap. 4. concludit, legislatoris animi intentionem non debere illo tendere, ut ciuitas, cui prescribit leges, dominetur finitimis: sed ne illis seruiat. Quoniam illa dominatio magnum nocumentum afficeret etiam ipsi ciuitati. Per quae uir doctissimus palam significat iustius; & utilius esse, ut unaqueque ciuitas sibi tantum, & suis pagis imperaret. Augustinus etiam in. 4. de ciuit. Dei, affirmat, maiore cum pace regi solita fuisse regna, cum unum quodque eorum terminis suae patriae finiebatur. Adde, quod nusquam id ab orbe condito videtur contigisse, nisi forte donec Cainus filius primogenitus Adami ciuitatem conderer. Ge
159 nesiq. Ex eo enim videtur colligi + iam inde cœpisse varia regna. Quia attestantibus multis authoribus relatis ibi per doctissimum Aloysium in predicta cathena, eam ideo redifica uit Cainus, ut qui profugus, & eiectus erat a Deo ob fratricidium, se tutaretur ab aliis, quibus odio habebatur. Et ita significatur, neque illum cum suis in illam ciuitatem receptis subiacuisse tunc alicui, neque alios ei. Non obstant ea, quæ pro errore communi adducuntur. Quorum potiora corollarium sequens diluet.

160 LXIII. Errare inumeros, + quia putant conclusioni precedentis corollarii obstat cap. In apibus. 7.q. 1. in illis verbis: In apibus unus est rex, & grues vnam sequuntur. Tum, quia eorum sensus non est, omnium apum mundi vnum esse regem, & omnium gruum vnam ducem: sed apum unus alucarii vnum esse regem, & unius agminis gruum vnam ducem. Et ita nulla tenus probant omnibus hominibus vnum debere imperare, ac præesse: sed ad summum solum probant, vni ciuitati, vel genti unum debere præesse. Tum, quia in archetypo, & originali, scilicet in epistola Hierony. ad Rusti. monachum, quæ incipit Nihil, non legitur. In apibus unus est rex, sed in apibus principes sunt. Quod pro nobis facere palam est. Errare item inumeros, qui ideo putant, Imperatorem Romanorum esse dominum, & regem totius mundi, & orbis terrarum: quod Imperator Antoninus relatus in. l. + Deprecatio. ff. ad. l. Rhod.
161 de

- 161 de iactu, dixisset: Ego dominus mundi. Primo quidem ob ea quæ Galli contradicentes adducunt'. Deinde, quod Scholastes Augustini nouus: sed doctus, idemque Hispanus, & Imperatori, qui nunc imperat Carolo Aug. subditus, in lib. 5. cap. 25. de ciuitat. Dei: Sultum esse ait affirmare, Imperatorem Romanum ius habere in totum orbem terrarum, cuius nunquam fuit dominus: nec in ea quidem, quorum aliquando fuit dominus, & iam amisit. Tertio, quod non est septuaginta ad eo sensu caruisse Imperatorem Antoninum, ut per illa uerba: Ego dominus mundi, sentit; se dominum totius orbis terrarum, qui nec illi, nec ulli præcessorum eius unquam paruisse vel dimidiatus. Quarto, quod dici potest usum fuisse hyperbole, aut Synecdoche; sensisseque non de toto mundo, & orbe: sed solum Romano, hoc est, de illo, quod ex mundo, & orbe terrarum Romahisparebat. Pro qua explicatione facit,
- 162 quod Augustin. in. d. cap. 5. appellat + orbem Romanum, id, quod ex orbe Romanis parebat: sicut & orbem Christianum appellamus, id, quod ex orbe Christiani possident, & orbem Hispanum id, quod Hispani. Et Lucanus de Cesare transituro ex Hispania in Galliam, & inde in Graciam ait: *...Victrices aquilas alium latus in orbem.* Qui modus intellegendi aptior, ni fallor, uidebitur cuilibet eruditio, quam illi, quos Ioh. Igneus ubi supra edidit.
- 163 Errare item Bartol. in extrauag. + Ad reprimendam. uerb. Totius orbis, & plerosque omnes illum sequutos, quatenus per illum tex. & illud Daniel. 2. cap. Ad Nabuchodonosorum, siue Nabuchodrosorum, scilicet: Tu rex regum es, & Deus coeli regnum & fortitudinem, & Imperium, & gloriam dedit tibi; & omnia, in quibus habitant filii hominum &c. dixerunt Imperatorem esse dominum totius orbis itre, licet non facto: Tum per proxime dicta. Tum, quia glossa illius. cap. 2. habet, Danielem id dixisse Nabuchodonosoro, per figuram hyperbolam, siue transcensum ueri manifestum, ut Maro in illo: Ferit astra clamore uel per synedochem ex toto intelligentio partem, ut idem poeta intellexit in illo: Ingens a vertice pontus in pupim ferit.
- LXIII. Errare item scholiasten Augustini præcitatum in eae roll.

roll. præceden. quatenus in d. cap. 25. lib. 5. de ciuit. Dei,
 164 verbis quidem politis: sensu tamen non satis dolato dixit lin-
 peratorem Romanum ius non habete in ea, quorum aliquan-
 do fuit dominus, & iam amisit: quia quo iure quæsicerat ami-
 sit strage, scilicet hominum & bellicis furiis. His enim verbis
 significat primum omnia, que Romanus Imperator habet ma-
 le quæsita esse, maleque possessa. Quod tamen est falsum. Pri-
 165 mum t quidem, quia eius consequens esset, Carolum V., Chri-
 stianis. peccatum ire donec restitueret omnia, quæ habet. qua-
 tenus est Imperator, arg. cap. Si res aliena. 14.q.6. Regum. Pec-
 catum. lib. 6. Quod tamen falsum est, neque ullus diceret. De
 inde, quod Romani multa bellis iustis suo Imperio adiece-
 runt: sicut & nunc Lusitani apud Indos non pauca suo adiici-
 unt. Tertio, quod multi eorum, quos uiri sibi ab initio subiece-
 runt, uere ac libere & sponte coram Deo in eorum consense-
 runt Imperium, ut ex ipso Liuio colligitur Quod sufficere ad-
 hoc, ut male occupata iuste possint teneri expresse determina-
 uit Ioh. Parisien. de potestat. reg. & Papal. cap. 5. Quod nos,
 quoque supra in. 61. coroll. tenuimus argu. cap. Ad id despon-
 sal. Facit, quod multi qui Romanum Imperium rexerunt in ca-
 talogum sanctorum relati sunt, ut Carolus Magnus, & Diuus
 Ludou. Præterea, quod consensu totius populi Germaniæ, &
 auctoritate Roma. Ponti. translatum est Imperium a Græcis in-
 Germanos cap. Venerabilem. de electio. & ecclesia tota pro-
 bat, & fouet Imperatores cap. Tibi domino. 63. dist. Clem.
 Romani. de iureiurand.

Eisdem verbis. 2. idem scholiastes significat, vere perdere
 Imperatorem, & desinere esse iuris eius quicquid ab aliis stra-
 ge hominum, & bellicis furiis ei adimitur. Quod etiam palam
 falsum est. Tum, quia pari ratione idem dicere oportebit de
 regibus Hispaniæ, Galliæ, ac aliarum gentium: & per conse-
 quutionem datur occasio maxima, & pessima bellis augen-
 dis, contra l. Conuenire. ff. de pact. dota. &c. Ex parte. de con-
 suet. Tum; quia id est contra omnia iura, rationes, & sen-
 tencias patrum de bello iusto, & iniusto loquentium, in. 4. lib.
 sententiarum. d. 15. & in cap. Sicut. 2. de iureiur. & alibi sæpe.

Eisdem verbis. 3. significat idem scholiastes, omnes reges
 earum

carum prouinciarum, quæ quandoque Romanorum fuerunt
sola hominum strage, ac bellicis furiis esse ab Imperio exem-
ptos. Quod tamen non est verum. Tum ob ea, quæ Cosmas in
procœdio Pragmat. Sanct. & Ioh. Igneus vbi supra, & alii alia
rum gentium iurisconsulti tradunt in fauorem Francorum, Vé-
netorum, & aliorum quorundam potentarum. Tum, quia cer-
tu[m] est quod Hispanie Reges aliis titulis, ciudemque sanctis-
simis sese exēmere, ut supra declarabam: si tamen in qua iu-
re fuerunt Romanis subiecti, de quo in corol. seq. Tum, quia
166 Roma + ipsa, quæ caput erat Imperii, cum multis aliis Italiæ
terris non strage hominum, & bellicis furiis exempta fuit: sed
donatione Constantini, Caroli magni, Astulphi, & aliorum
iusta & sancta de causa facta, omilla opinione contraria, vti
temeraria, ne dicam sacrilega, & impia. Quam conseruer-
tur omnes Christi vicarios, qui a Constantini tempore p[ro]fue-
runt ecclesie Romanae in peccatis continuis vixisse, cum tamen
consteret, Sylvest. & alios plurimos in sanctos relatos esse.

Plus satis tamen verum arbitror id, quod idem scholiastes
subdit ibidem, scilicet Accedit principes istis fictitiis titulis,
eosque aliud nihil esse, quam faces orbis terrarum, pestes que
totius generis humani: Tameisi parum modeste videatur di-
cere, quod in hac culpa est impia, & indocta iurisconsulto-
rum argutatio: Cum licet indocta sit: non tamen dici debet
impia, per dicta in coroll. 1. Neque nominari argutatio, tot
& tantorum patrum argumentatio: cui neque ullus alias, us-
que ad nos plenè satisfecisse videatur.

167 LXV. Iustum esse ut arbitror dicere + Hispaniam totam
nunquam iure subiectam fuisse Romanis. Quoniam primo nul-
lum iustum titulum hactenus me legere memini, quo regia Hi-
spaniarum potestas Romanorum cesserit Imperio. Deinde,
quod violentia, strages hominum, & bellicæ furiæ quibus
subiecta fuisse videtur rerum dominiis quærendis, longè plus
obsunt, quam prosint, arg. cap. Si ies aliena. 14. q. 6. cap.
Peccatum. de regul. iur. lib. 6. leg. final. C. si per vim, vel alio
modo. I. Authoritate. C. vnde ui, & arg. eorum, quæ scribit
Innocenti. in cap. Quod super his. de uoto, receptus ibi per
omnes, & Panor. in cap. Venerabilem. de electio. Alberi. in.
I. I. C.

I.I.C. de summa Trinit. & alios alibi. II. quod & si aliquot & Hispaniae populi legantur forie consensisse postea, ut Romano rum Imperio subessent: pauci tamen id fecerunt, & pauciores sponte consenserunt: paucissimi autem, & forte nulli voluntate regum, quibus suberant. Postremo, quod pertinacissime quoad eius fieri potuit repugnarunt Romanis, praesertim Viriatu duce Lusitani & natura loci muniti: Navarri ac Cantabri, qui suum, & totius Hispaniae antiquum idioma (quod nunc appellant Vasconicum) in hunc usque diem seruant: nec unquam admirerunt Romanum, admittente illud tota reliqua Hispania, simul, & Gallia. Adde, quod glo. in hoc mihi singularis expressè id sentit in cap. Adrianus. II. 63. dist.

168 LXVI. Non esse verum id, quod quidam eruditio nove dixerunt, posse maiorem partem hominum orbis terrarum etiam inuita minore deligere sibi unum regem, vel Imperatorem, qui omnibus eis imperet. Quoniam primo id nullo iure fundatur. Deinde, quod falso imaginari uidentur esse aliquam summam potestatem laicam, cui totum orbem terrarum subiici oporteat, ut in coroll. 35. est dictum. Tertio, quod consequutio illa, qua illi utuntur, non est necessaria, scilicet Aliquando maior pars hominum orbis, etiam renuente minore potuit sibi deligere unum, qui omnibus imperaret: Ergo etiam nunc idem facere potest. Quoniam non est ead. ratio eo quod lege naturæ unicuique ciuitati competit potestas & necessitas se suaque regendi, vel authoritate alicuius aut maioris partis, vel aliquorum, a parte maiori electorum: & ita, si quando contingit olim solam unam ciuitatem omnium hominum fuisse, certum est, maiorem partem illius potuisse deligere unum, qui omnibus imperaret, arg.l. Quod maior pars ff. ad municipal. eo quod minor pars ciuitatis subest toti ciuitati, & per conlequitionem parti maiori. At nunc quando plurimæ, ac innumeræ sunt ciuitates in orbe terrarum constitutæ, quibus singulis sunt singulæ huiusmodi potestates separatae: quareunque aliæ non subsunt aliis, nec minor pars maiori, nec maior pars earum, neque regum, vel rectorum earum potest deligere aliquem, qui alias nolentes conuenire in electione inuitas regant. Quamvis verum sit, quod si omnes ciuitates orbis.

orbis. & earum rectores, quorum inter esset conuenirent, ut unus aliquis omnium rector, rex, aut Imperator deligeretur: is esset uerus rector, rex, aut Imperator, quem maior pars deligeret. Quarto facit, quod conclusionem hanc nouam consequeretur, maiorem partem totius Galliae diligere posse unum aliquem, qui toti Galliae Imperaret: ac per consequutionem tollere Sabaudo, si quid iuris in Sabaudos, uel Allobroges habet: Duci Lotoringiae suum principatum: Carolo Quinto Brabantiam, & alias prouincias eis Germaniam intra Gallias constitutas. Consequeretur etiam maiorem partem totius Hispaniae diligere posse unum aliquem, qui totam eam regat, & per consequutionem ad manum esse reliquæ Hispaniæ priuare.

168 + Lusitaniam belli, pacisque artibus florentissimam suo regem max. & opti. Consequeretur etiam maiorem Italæ partem, posse diligere vnum aliquem, qui toti dominetur: & item facile inuentum iri modum, quo vel sedes Apostolica, vel Rex Apuliae suis deturbentur sedibus: vel Veneri, & alii potenter sua denudentur gloria. Consequeretur deinde orbis terrarum turbatio, & confusio quam maxima. Quinimo consequeretur, quod maior pars regum maioris partis orbis posset diligere vnum, cui omnes subiacerent: & quod vnius Rex majoris partis alicuius prouincie posset occupare maiorem partem eo ipso, quod statueret, ut tota vni parceret. Quoniam tota potestas omnium ciuitatum, variorum regnorum consistit penes reges eorum: & potestas maioris partis prouincie penes ipsius solum regem: Et ita, si ciuitatum maior pars id posset quoque vel vnius rex, vel pars maior regum earum.

169 LXVII. Non esse verum etiam id, quod praedicti eruditio nouè dixerunt, scilicet maiorem partem Christianorum posse diligere vnum regem, qui omnibus Christianis imperaret, etiam iuuita parte minore: propter ea ipsa, quibus praecedens corollarium probauimus. Quanuis fateor Christianos omnes cogiposse a Ro. Ponisi. summo Christi vicario ad diligendū vnum aliquem communis belli, & totius exercitus ducent: quando hostis aliquis nominis Christiani ita uergeret, vt verisimile esset, non posse aliter defendi Rempublicam Christianam. Quoniam summa Christi summi vicarii potestas extenditur ad tempora-

temporalia illa , quæ per alium nequeunt fieri , vbi salus animarum Christianorum id exigit , vt dictum est in coroll. 17. At tale esset huiusmodi ducis constitutio . Non obstat huic corollario , quod saltē , quando huiusmodi ducis belli constitutio non sufficeret , sed oporteret , vt ille constitueretur rex vniuersi Christianismi , tunc posset Rom. Ponti . talem regem creare . Non (inquam) hoc obstat . Tum , quia non inferiur ex hoc , maiorem potestatem Christianorum iuniora minore , posse id facere . Quoniam alia est ratio de summo Christi vicario , qui superior est omnibus in spiritualibus , & temporalibus ad spiritualia necessariis , vt dictum est supra in resolutione disputationis , & coroll. 33. Alia de maiore parte Christianorum , cuius potestati non subiicitur minor : quæ suam particularem iurisdictionem diuisam a potestate maioris partis habet . Tum , quia nusquam dabitur casus , in quo commodius sit bello gerendo in hostes nominis Christiani deponere reges anti- quos iuniores , & constituere vnum nouum : quam eis suo iure , ac regedi auctoritate seruata , cōstituere nouū aliquē Imperatorē , & ducem exercitus communis . Quoniam hoc facile ferri & posset & solet : Illud vero adeo difficile , vt par sit credere multos reges Christianos se , ac suos prius dedituros hosti nominis Christiani : quam pati sua gloria , & auitis priuari regnis , vt recentia exempla confirmant . Quanquam non dubito , nisi hoc scandalum immineret , commodius esse toti Reip. Christianæ ad se tuendum a potentissimo turchorum principe , vt tota vni subderetur .

Non obstat etiam , quod vna est omnium Christianorum res publica , iuxta illud Apostoli . 1. ad Corint. 12. Omnes 170 vnum corpus sumus . Quoniam t̄ id verum est quoad spiritua lia : non autem quoad temporalia , vt s̄p̄e supra est dictum .

171 Non obstat etiam , t̄ quod in libetis ciuitatibus , qualis est Florentia ; maior pars videtur posse eligere sibi regem , qui omnibus , etiam minori parti iuniora imperet . Quoniam talium ciuitatum ciues omnes vni seculari potestati subiacem : Et ideo volente nolente minore parte , modo legitime fuerit vocata , potest maior pars statuere , quicquid posset tota : immo quod maior pars statuit videtur statuere tota . At

diuersæ ciuitates liberæ, diuersa regna, diuersi potentatus, & diuersa Imperia diuersas habent potestates, & nulla eārum subiaceat alii, nec minor pars maiori: Et ideo nulla tenetur stare electioni alterius, neque minor pars eārum electioni maioris, arg. l. f. 1. ff. de iuris omni. iudi. &c. de constit. lib. 6.

172 LVII. Nullum regem t̄ adeo liberare posse suum regnum, & suos regnicolas, ut non teneatur parere sibi, neque ullis magistratibus a se, vel a sua repùblica constitutis. Tum, quia id esset contra illam legem naturæ: vt parentibus, & patriæ obediamus. l. Veluti. ff. de iusti & iure. Tum, quia respùblica ipsa priusquam regem haberet, non potuisset statuere, ne iūi ciues tenerentur parere sibi, aut suis magistratibus. Quoniam illua esset abdicare se a tali potestate: quam tamen veluti legē naturæ sibi insitam ab se abdicare nequit, iuxta ea, quæ diximus in coroll. At reges eārum habent potestatem, quam respùblica ante ipsos habebant: Ergo idem est dicendum de illis, ac de illa, arg. cap. Ecclesia. 2. vt lite pend. S. Fuerat. Instit. de actio.

173 LXVIII. Parum cautos uideri t̄ eos, qui aiunt non tam liberos esse homines regnorum parentium regibus, quam ciues liberarum ciuitatum, quæ nulli regi parent. Primo quidem quia ciudem naturæ, & speciei est potestas, qua reges reguunt: & potestas; qua liberæ ciuitates sese gubernant, ut per prædicta palam est. Nam licet modus regiminis reipublicæ sit diuersus, puta aristocraticus, democraticus, & monarchicus: Potestas tamen gubernandi vna, & ead. est, secundum Arist. receptum in Politicis: siue ergo quis regatur per unum regem, siue per plures optimates, siue per totum populum, eidem potestati est subiectus: et æque liber, uel æque seruus. Deinde facit, quod parere multis non est minor, imo maior seruitus, quam parere uni, arg. cap. 1. 21. q. 1. At ciues liberæ ciuitatis parent multis, nempè toti populo, si regatur democracia: aut eius optimatibus, si aristocracia. Multis inquam saltem collective, & ut facientibus collegium licet non ut sin-

174. gulis. Regnicolæ uero unitantum regi parent. Præterea t̄ omnium philosophorum recte docentium una est sententia, Monarchiam, siue vnius regimen, melius esse democratia, siue opti-

optima tum regimine , & Aristocratia , siue populari gubernatione . Facit , quod ciues liberarum ciuitatum oportet parere vni edicto prætoris , qui frequentissime , minore benevolentia , & charitate : maiore uero luxuria , & libidine regit , quam Rex , qui , ut plurimum , ab incunabulis bene ad regnandum educatu satis noscit modum , & artem vnumquenque iuxta sui ordinis gradum ad sese admittendi , & alloquendi . Et ita ut oportet , respondendi , iubendi , & rogandi : ut omnibus placere possit , & omnibus uelle prodesse , ac nemini nocere : Quippe qui omnes pro filiis ducit , & se magis patriæ patrem , quam dominum arbitratus , paterno affectu subditos prosequitur . Cuius rei preclarissimum , & rarissimum exemplar sunt ,
 175. t inuictissimus Rex , Heros , & dominus noster Iohannes huius nominis . III. & Catharina eius uxor Augusta heroissa , & domina nostra huius nominis prima , qui qua parte possunt imitantes illam infinitam , & inimitabilem Dei benignitatem , qua in altis habitans , humilia respicit in coelo & in terra : omnes sibi subditos tam in Aphrica , & Asia : quam in Europa , ut filios amant , omnibus gaudentibus congaudendo , omnibusque dolentibus condolendo , consulendo , & opitulando , & nihil non agunt , quo filius eorum unigenitus princeps , & dominus noster Iohannes pro summa , quam de se iam praebet , expectatione non minus sit eis heres morum Christianissimorum , quam regnum amplissimum .
 An autem mortales , quatenus sunt Christiani , subiectant potestati ecclesiasticae , & non quatenus homines rationum , vel ciues , profundius , ni fallor , quam hactenus alibi trademus .
 notabil . & fundamenris cius , & solutionibus contrariorum .

III. Notabile.

S V M M A R I A.

- 1 Correptionis fraternæ diffinitio aptior, quam Alberti, & aliorum.
- 2 Correptionem fraternam iure diuino præceptam.
- 3 Correptionis fraternæ multa ubi tractet author.



VARTO principaliter colligi possunt duo ex hoc capitul. Alterum est diffinitio correptionis fraternæ, scilicet, quod est: t Admonitio fratris ne peccet, neve maneat in peccato, ex charitate facta. Ex uerbis enim illis: corripe illum, colligitur, esse admonitio fratris. Ex uerbis autem: Peccauerit, & si te audierit, si te non audierit, eam fieri ne peccet, neve maneat in peccato. Ex uerbis uero: frater, & lucratus es, eam ex charitate procedere. Verbum enim, frater, charitatem significat, & amorem, ut in cap. Causam quo supra eod. late post Panor. diximus, & in coroll. 6. notabilis sequentis latius rangeamus. Verbum item: lucratus es, beneficenciam denotat, quam constat actum esse charitatis; secundum Thomam receptum in. 2. Sec. q. 31. Quæ diffinitio verbis aprioribus videtur compacta, quam alia Alberti, & reliquorum in. 4. distin. 19. & aliorum alibi, licet eodem fere sensu constet: Alterum quod colligitur est, t diuinitus, hoc est, iure diuinopraecepta: esse hanc correptionem fraternam. Quæ recepta sententia est tam Pan. & aliorum in hoc capitul. quam Archidia. & aliorum in cap. Si peccauerit. 2. q. 1. & Rchar. ac aliorum in. 4. d. 19. Abulens. & aliorum, Matthæi. cap. 18. Thomæ. 2. Sec. q. 33. art. 2. & Adrian. in. 4. de correctio. fraterna, & aliorum alibi. Neque Inno. hic contrarium sentit, licet id ei Panor. imponat. num. 35. Verba enim eius num. 1. huc sunt Ad istam denunciationem non credimus aliquem teneri, nisi sicut tenetur ad alia opera charitatis, nisi sit talis, ad quæ rōe officij, & curæ hoc pertineret. Perquæ uerba palā significat, teneri nos ad eam: sicut & ad alia charitatis opera, ad quæ constat nos fre

quenter

quenter teneri , iuxta principium , & duo capitula priora 42 .
dist . & tradita per Tho . in hoc receptum . 2 . Sec . q . 3 2 . art . 5 . Col -
ligitur aut hæc sententia ex hoc capitul . quatenus in eo Inno .
3 . significat , sicut non exprimat , dominum id præcipere in E -
uangelio : & adeo quidem , ut etiam ipsem summus eccle -
sia monarca eo teneretur , cum subdit : Quomodo diuinum
pössimus non exaudire mandatum ? Il . colligitur , eo quod
verba Euangelii in tex . citata , quæ desubmuntur ex capit . 18 .
Matthæi , sunt Imperatiui modi , quæ suapte natura , ut pluri -
mum Imperium , & præcepium designant , Clem . Exiui . col .
3 . versicul . Nos itaque de verb . significat . Quibus etiam con -
cordant illa Paul . 1 . ad Thess . 5 . Corripite inquietos , consola
mini pusillanimes .

Multas alias hosum duorum confirmationes , & non pau -
cas oppositiones , & solutiones cum . 30 . corollariis , & pluri -
ma quotidiana , tam scholiasticas disputationes , quam utrius -
que fori iudicia respicientia continentibus , in commentum .
cap . Si peccauerit . 2 . q . 1 . vna cum 5 . notabili gratia breuitatis re -
seruo . vt . 6 . notabile admittere possit hæc relectio : Tametsi
non dubito ea , quæ illo mittimus sua dulci utilitate placere
potuisse lectori .

V. Notabile .

S U M M A R I A .

- 1** Denunciationem ad euangelicanum certo ordine perueniendum .
- 2** Denunciationis diffinitio omnium hæc tenus datarum aptissima .
- 3** Delatio Maria .
- 4** Denunciationis multa ubi tractet author .



OLL. I G O. 5. alia duo. Alterum est, quod + cetero
ordine perueniendum est ad denunciationem, eo
nempe, quod primo fiat fraterna, & secreta cor-
reptio: deinde testium exhibitio: postremo de-
nunciatio. Colligitur autem hoc ex illo verbo: corripe, & si
non te audierit, adhibe unum, aut duos testes. Et ex iterato:
Si non te audiatur. Et illo: Dic ecclesiaz. Alterum quod collig-
gitur ex illis verbis: dic ecclesiaz adiunctis aliquot aliis, con-
tentis in hoc cap. est, quod denunciatio, est + Delatio crimi-
nis ad iudicem, sive legitima inscriptione ad poenitentiam, vel
restitutionem eius, quod illa exigit, vel ad remotionem officii
eius, quo crimina cessent, vel ad haec omnia, vel aliquot ex his.
Quae diffinatio videtur omnium hactenus datarum aptissima.
Nam delatio est genus: Si quidem omnis denunciatio est de-
latio, non contra. Est enim delatio, quae est quedam prouoca-
tio ad amicitiam, puta delatio studii & laboris apud Cicero
nem ad Trebatium: et, est + delatio mandatorum apud eum
dem pro Sylla: & est delatio in censem. l. Forma ff. de censib.
Additur, criminis, ad differentiam delationum rerum praedi-
tarum, & aliarum multarum. Additur, ad iudicem, quo differat
adtractione, & murmuratione, quam late diffinivimus
in repet. cap. Interuerba. i. 1. q. 3. conclusio. 6. & susurratione ac
aliis, quae in alias fines sunt. Additur, sine inscriptione legi-
tima, quo differat ab accusatione, quae sine illa non constat. l.
Libellorum. ff. de accusat. translata in §. Libellorum. 2. q. 8. Ad-
ditur, ad poenitentiam, propter denunciationem euangeli-
cam puram: & vel ad restitutionem, quam illa exigit, propter
iudiciale puram: & vel ad remotionem officii, propter cano-
nicam puram: vel ad haec omnia, aut aliquot ex his, ad com-
prehendendam mixtam: +

Multa vero alia, quibus haec duo confirmamus, & non pau-
ca eis opposita, quae soluimus cum plurimis corollaris, mul-
ta quotidiana, utilia, & noua continentibus, in predictum
commentum. d. cap. Si peccauerit. 2. q. 1. reseruamus: sicut &
etiam. Ill. notabile in idipsum supra reseruavimus. Quippe
quae singulas iustas repetitiones pene continent.

VI. Notabile.

S Y M M A R T E.

- 1 Ecclesiasticam potestatem extendi ad cognoscendum de omni peccato mortali
- 2 quilibet Christiani etiam laici, &c.
- 3 Coripi qui potest, potest & denunciari.
- 4 Cyril potest omnis Christianus, tam ecclesiasticus, quam laicus: immo & infidelis.
- 5 Ambrosius de Theodosii peccato mere prophano cognovit.
- 6 Christianus omnis quatenus Christianus an sit fori ecclesiae. num. 13. Q. 18.
- 7 Clerici quare subjecti ecclesiasticae iurisdictioni.
- 8 Christianus non solum homo: sed quiddam supernaturale.
- 9 Character baptismatis quis & quam necessarius ad sacramenta?
- 10 Ecclesiastica potestas an cognoscat de quolibet Christiano, quatenus Christianus est.
- 11 Cognitio de aliquo an sit iustum, & an sit peccatum mortiferum differunt.
- 12 Questio an quid sit peccatum tam est spiritualis, quam questio iuramenti.
- 13 Christiani utrique subsumt potestati: sed diversimode.
- 14 Finis consideratio cuius, eius & medij.
- 15 Durandi sententia Subtilis de Christianismo: sed displicet. num. 17.
- 16 Christianus super eodem conueniri potest, ut ciuis, & ut Christianus.
- 17 Christianus cur super alijs peccatis lethalibus non permittitur conueniri, ut Christianus, & super alijs sic.
- 18 Multa id genus alia, & an, & quale peccatum admittitur in emenda, vendenda uere uilius, aut carius, quam par sit, citra dimidium iusti precij: deque restitutione eo casu necessaria, & quod ad eam compelli possit laicus ab ecclesia: & alia, qua pralo urgente a tergo, & prefectionibus in sequentis annis fronte, decerpit non potuerunt ex opere nondum perfecto, propter publicas & priuatas occupationes, a quibus percupiebam vacare his huius torrentis statis vacationibus, ut totus vacare potuisse omnibus, que super hoc cap. scripta erant expoliendis, num. 22. & in sequentibus.



EXTO principaliter colligitur hanc, de qua loquimur, potestatem ecclesiasticam, quae in coll. 17. tertii notabilis diffinita fuit, extendi ad cognoscendum de omni peccato mortali cuiuslibet Christiani etiam laici: & ad compellendum cum per censuram ecclesiasticam, quo ab eo discedat: Colligetur

gitur autem primo ex illis verbis: Sed intendimus decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura: quam in quemlibet exercere possumus, & debemus. Perpende, obsecro, verbum, de peccato, simpliciter prolatum, & verbum, quemlibet, quod plane, perinde continet laicum, ac clericum. II. colligitur ex illis verbis: Nullus, qui sit sanx mentis ignorat, quin ad officium nostrum spectet, de quoquaque mortali peccato corripere quemlibet Christianum: In quibus verbis etiam perpende verba illa, quemlibet Christianū: Et ne dicas per hæc verba solum probari, eam extendi quoad correptionem, quæ sine ylla iurisdictione a quolibet etiam priuato fieri potest, ut in. 4. notabili tangebam, & in commento cap. Si peccauerit. 2. q. 1. tructo, perpende illa, quæ sequuntur, nempè: Et si correptionem contempserit per districtio nem ecclesiasticam coercere: Perpende item illa superiora: Dic ecclesia. Quor sum enim ei diceretur, si ipsa non posset cognoscere, & castigare? Perpende etiam illa: Et si eam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus.

III. Colligitur ex versicul. Sed forsitan qui cum versicul. Ceterum, probat hanc potestatem etiam extendi ad peccata lethalia regum, etiam non recognoscentium Imperatorem. Quandoquidem probat eam extendi ad peccata regis Franciæ: quem non agnoscere superiorum ipsem Inno. 3. author huius capit. affirmat. in. c. Per venerabilem, qui fil. snt legit. IIII. colligitur ex versicul. Licet autem hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, ut peccatorum reuocemus a. vitio ad virtutem: ab errore ad veritatem. In quibus ex pende verbum: quilibet criminali peccato, & verbum peccatorum, quæ nemo negare potest intelligi etiam de laico, maxime cum per ea inferre velit, posse ipsum cognoscere de peccato regis Franciæ utique laico, ad instantiam regis Angliae etiam laici. V. probatur sub finem, quatenus in eo Innocen. iubet, ut Francus pacem, aut inducias cum Anglo reformat, aut salté humiliiter patiatur, ut quidam abbas, & archiepiscopus Bituricens. de plano cognoscant: utrum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit coram ecclesia Rex Anglorum, vel eius exceptio sit legitima, quam contra eum per suas litteras duxit exprimendam.

2. adam. V. I. facit, quod omnis, t. qui corripi potest correctione fraternalia euangelica, potest etiam denunciari ecclesie, si correptus non corrigitur, & per viam denunciationis castigari; ut necessario colligitur ex ipso texu Euangeli Matthaei. 18. citato in hoc cap. Nouit: quatenus habet: Omne illum, qui fratrem corripientem non audierit, esse denunciandum ecclesie, ac ab ea, si ei recte monenti non paruerit, castigandum. Att omnis Christianus tam laicus, etiam rex, & Imperator: quam ecclesiastici, etiam episcopos, & ipsemet Papa: immo & infideles corripi possunt, secundum communem opinionem theologorum, & canonum peritorum. Licet Panor. & Deci. quoad infideles aliter sentiant, ut latè monstrabamus in 5. notabili, quod commento. cap. Si peccauerit. supra reseruauimus. VII. facit, quod Ambrosius episcopus Mediolanensis. palam prohibuit ingressum ecclesie Theodosio illi multis nominibus magno Imperatori: eo quod nondum cum poenituissest tanti sanguinis tot innocentum hominum apud Thessalonicam crudeliter effusi. cap. Duo sunt. 96. distin. adiuncto cap. Apud thessalonicanam. II. q. 3. & late narrat Diuus Antoninus in summa Historiali, parte. 2. titul. 9. cap. 8. §. 3. & non alia ratione id fecit, quam, quia ecclesiastica potestas etiam episcopal, vel archiepiscopal, qualis erat potestas Ambrofii, potest procedere contra quemlibet laicum sui episcopatus, etiam Imperatorem, etiam super criminem mere prophano: quale fuit illud Theodosii ad cogendum eum poenitere: Ergo verum est notabile propositum. VIII. facit præcipua conclusio nostri cap. Quæ habet rectè a laico laicum, a rege, scilicet, Anglie, regem Francorum per viam denunciationis conuentum fuisse coram ecclesiastica potestate. Quod ea ratione a summo pontifice defenditur in ipso tex. quod de omni peccato mortali contra quemlibet Christianum potest cognoscere potestas ecclesiastica ad prædictum effectum. IX. facit quod omnis Christianus quatenus Christianus pertinet ad forum ecclesie, etiam quoad actiones merè ciuiles, & causas, in quibus non disputatur de peccato, ut affirmat Durandus de iuris. eccles. col. parua. 18. & Iohan. de Turre cremata in cap. Cum ad uerum.

uerum. col. 6. 96. dist. Quorum si mihi authoritatem, quæ
 grauis est, parui facias, ea ratione noua suppleo id, quod ip-
 6-si omittunt, quod omnes fere fatentur, t̄ clericos ideo iure di-
 uino esse subiectos iurisdictioni ecclesiasticae, iuxta textum
 cum glo. singulari cap. Si Imperator. 96. d. Quia præter huma-
 nitatem, qua sunt homines, sunt insigniti charactere clerica-
 li spirituali. At omnis Christianus baptizatus præter humanita-
 tem, qua est homo, est insignitus baptismō spirituali, per
 quem regenerati dicitur Ioh. 6. & signari signo militiæ Christi.
 ad Corinth. 1. Quod signum characterem vocat Aug. in cap.
 Quod quidam: versicul. Sed forte. 1. q. 1. & c. Displacet. pro-
 pe medium. 23. q. 4. & c. Quemadmodum ead. cau. q. 7. & c.
 Quomodo de consecrat. distin. 4. Qui imprimitur in anima,
 8 secundum Tho. ab aliis receptum. 3. parte. q. 63. arti. 1. t̄ Et est
 potestas spiritualis passiva ad recipiendum electum diuinum
 necessaria, secundum eundem ibidem art. 2: non naturalis, se-
 cundum Caiet. ibidem. & indelebilis, quemadmodum & cha-
 racter ordinis. cap. Licite. 32. q. 7. Per quem Christiani di-
 cuntur genus electum, regale sacerdotium, gens sancta. 1.
 Petr. 2. & facti Deo regnum, & sacerdotes, Apocalip. 1. Quip-
 pe qui ante baptismum vnguntur oleo benedicto, & post ba-
 ptismum chrismate. cap. 1. §. Quia vero. de sacr. vñct. t̄ sine
 quo nemo est habilis ad suscipienda alia sacramenta cap. Ve-
 niens. de presbit. non baptiz. Ergo tantum, aut plus differt
 quis factus Christianus a se nondum Christiano, quantum
 Christianus factus clericus, præscritim minorum ordinum, a se
 nondum clero: & per consequitionem verum videtur id,
 quod aiunt Duran. & Ioh. a Turre cremat, scilicet, omnem
 Christianum, quatenus est Christianus, esse subiectum iuris-
 dictioni ecclesiasticae: & per consequitionem, t̄ qui eam ha-
 9 bet posse cognoscere de illo, quatenus est talis, quod per hanc
 breuem collectionem conuinci videtur omnium spiritualium
 & supernaturaliter datorum cognitio pertinet ad potestatem
 ecclesiasticam, iuxt. cap. Ecclesia. de consti. & c. Bene qui-
 dem. 96. d. & ea quæ dicta sunt in cor. 18. At Christianus qua-
 tenus est Christianus, est quid spirituale, & supernaturale, p er
 proxime dicta: Ergo cognitio de eo, quatenus est talii p er-
 tinet

tinet ad potestatem ecclesiasticam.

io. X. Facit. + quod aliud videtur esse cognoscere, an hoc, vel illud sit iustum: & æquum, iniustum, & iniquum. Quod pertinet ad naturalem rationem, & leges secundum eam factas. Aliud an sit peccatum mortiferum extinguens gratiam gratum Deo facientem, quæ vita est animæ, aut meritum in gratiam reducens. Quod pertinet ad legem euangelicam, & leges, secundam eam factas. Et ita quanvis iudex laicus cognoscere debeat inter laicos de contractu, uoluntate vltima, vel alio actu, iustus sit an iniustus: æquus, an iniquus: quia id pertinet ad potestatem naturaliter datam, & leges secundum eam factas: Non tamen ex hoc sequitur non posse potestatem ecclesiasticam cognoscere de tali contractu, voluntate vltima, vel actu, an sit peccatum 3. mortiferum animam gratiæ vita priuans: An vero meritum eam conseruans aut augens. Quia hoc pertinet ad potestatem super naturalem, & leges per, et secundum eam factas.

XI. Facit, quod questio an hoc, vel illud iuramentum liget, an hic, vel ille contractus sit usurarius: an hoc, vel illud sit hereticum pertinet ad iurisdictionem ecclesiasticam: Imo ad eam solam, secundum ferè omnes tam legum, quam canonicum peritos. + At eadem omnino ratio est de questione, an hoc uel illud sit peccatum mortiferum: Imo forte maior. Quoniam hæc directò tangunt mortem animæ supernaturalem, quæ est priuatio gratiæ in hoc seculo, & gloriæ in altero: & per consequionem vitam animæ supernaturalem, quæ est vita gratiæ in hoc seculo, & vita gloriæ in altero: quæ constat non esse minus supernaturalia, quam illa: imo magis: Ergo questio an aliquid sit peccatum mortale: & an aliquis maneat in peccato mortali nec ne, ad ecclesiasticam potestatem pertinebit: imo ad eam solam, arg. eorum, quæ in diffinitionibus utriusque potestatis diximus in coroll. 7. & 20. &c. Ecclesia. S. Marrix. de constit. &c. Bene quidem. 96. distin.

XII. Facit, + quod illud Theodosii, & Caroli relatum in hoc cap. & scriptum antea in cap. Quicunque. &c. Volumus. 11.q. 1. quo dabatur facultas cuilibet litiganti siue actori, siue reo relinquendi iudicem secularem, quo litigabat in quocunque

que parte litis, nulla ratione alia videbatur nisi, quam, quod
omnis Christianus, quatenus est Christianus, iure divino su-
pernaturaliter videtur subiecti potestati ecclesiastice super quo
cunque actu etiam prophano: Ergo a fortiori, super quocun-
que peccato mortali: Aliam tamen rationem infra reddemus:

XIII. Facit, quod omnis anima potestatibus sublimiori-
bus subdita est: quippe qui non nisi a Deo sunt, ad Roma. 13.
&c. Omnis. de censib. Inter Christianos autem duplex est po-
testas, spiritualis, sive ecclesiastica, & temporalis, seu secula-
ris: & utraque est a Deo, secundum modum supra in. 3. nota-
bili. cor. 21. &c. 58. expositum. Et ideo, ut Durandus ait ubi,

13 supra. col. paruula. 16. utriusque potestati subsunt Christiani:
sed aliter: & aliter. Quia potestati temporali, vel seculari subi-
sunt, non quatenus sunt Christiani: quia illa potest esse, in a-
est, & fuit etiam inter eos, qui non sunt, nec fuerunt Christia-
ni: Sed solum subsunt illi quatenus sunt homines tantum, vel
eiues. Potestati autem Spirituali, & ecclesiastice subsunt, ut
Christiani, & fideles: tanquam ei, que fundata est supra fi-
dem, & firmam petram, super qua se fundaturum ecclesiam,
dixit dominus. Matth. 16. secundum. Dur.

14 XIII. Facit, quod + cuius est considerare finem, eius est iu-
dicare de hiis, quæ debent ordinari ad finem. Tum, per illa
multa, quæ adduximus in. 17. argumento, contra notabile. 3.
supra formato. Tum, quia ratio eorum, quæ ordinantur ad fi-
nem sumitur ex fine. Intendens enim in aliquem bonum finem,
eligere debet ea, quæ sunt congrua fini assequendo, & tollere
illa, quæ id impediunt: Verbi gratia. Medici, cuius est consi-
derare sanitatem corporis, etiam erit iudicare de hiis, quæ con-
seruant eam, ut illi applicentur: & de his, quæ impediunt eam,
ut tollantur. At omnes actiones Christianorum debent ordi-
nari in salutem animæ, & ad consequendam vitam æternam,
tanquam in finem ultimum, secundum fidem catholicam in sa-
cristis literis traditam: + Cuius ergo, vel quorum est considerare
de salute animæ, ac vita æterna, puta prælatorum curam & re-
gimen animarum habentium, Papæ videlicet, archiepiscopo-
rum & episcoporum, est iudicare de mediis, quibus ea queri-
tur, vel perditur. At tales sunt omnia Christianorum peccata

Iethalia

lethalia in quaecunque materia illa fiant: siue contra fidei articulos, & sacramenta: siue contra bonos mores: siue fiant peccando in seipsum: siue in proximum: siue verbo, siue facto, siue quocunque alio modo: Ergo ad ipsos pertinebit etiam cognitio de omnibus illis, saltem tanquam de talibus. Postremo facit cap. Quæcunque. 12. q. 1. cuius verba sunt: Quæcunque contentiones inter Christianos oriuntur, ad ecclesiæ deferantur, & ab ecclesiasticis viris terminentur: & si obedire non fuerint, quousque; obedient, a liminibus ecclesiæ excludantur.

Circa tamen hoc notab. & fundamenta eius valde profunda, occurunt hæ difficultates. Prima quidem, quod nemo est trahendus extra suum forum. I. f. C. vbi in rem actio exerceri debet cap. Cum sit de for. compet. Et laici fori secularis sunt, cap. Si clericus. de foro compet. Ergo non videntur trahendi ad ecclesiasticum, ut habet notabile nostrum.

II. quod notabile hoc videt consequi, omnes causas fori secularis posse trahi ad ecclesiasticum, cum ferè omnes illæ, siue tagant ultimas voluntates, siue contractus; siue delicta; & iudicia super peccatis mortiferis verrantur: quippè quæ mouentur super iniusticia, quam constat suapte natura esse peccatum lethale, secundum Thom. receptum in. 2. Sec. q. 59. art. 4.

III. quod videtur consequi, omnia criminia esse vel spiritualia, vel mixta fori, & nulla omnino secularia & prophana. Quā doquidem de omnibus potest ecclesiasticus adiri, secundum hoc notabile, & ipsius fundamenta. Quod tamen consequens est contra omnium scripta in cap. Cum sit. de foro compet. & in. c. Vt inquisitionis. §. Prohibemus. de heret. li. 6. & in cap. 1. de offic. ordinar. & alibi sæpe.

III. quod cum una & eadem res non debeat diuerso iure censeri. c. Cognouimus. 12. q. 2. durum videtur, quod Christianus, quatenus homo & ciuis, censendus, & judicandus sit per secularem, & quatenus Christianus per ecclesiasticum.

V. eademque noua & grauis, quod consequeretur nullum Christianum ob ullum delictum, vel maleficium occidi, membro ue mutilari posse. Tum, quia secundum nonum fundatum huius notabilis, omnis Christianus, quatenus huiusmodi, est res supernaturalis, & spiritualis: & per consequitio nem

nem quæ ratio inuenitur in clero, ne id ei siat, eadem
videtur inueniri in laico Christiano.

VI. quod consequeretur, quod etiam clero, quatenus
sunt homines, & ciues, subiicerentur potestati seculari, & lai-
cæ: sicut quatenus sunt Christiani, & clero subiiciuntur spiri-
tuali, & ecclesiasticæ. Quod tamen est falsum, per cap. Cle-
ri. de iudi. & cap. 2. de for. compet. cum aliis.

Ad. 1. harum difficultatum respondendum esset, secundum
15. mentem Duran. ubi supra, quod Christianus, quatenus est Chri-
stianus, in oībus ē fori ecclesiastici, & quatenus ciuius & homo,
foti secularis, & quod sic singulariter posset intelligi illud singu-
lare. c. Quæcunq;. 11. q. 1. relatū ad verbū in ultimo huius natu-

16. ralis fundamento. Et per consecutionē non trahi Christianū
extra suum forum, eo quod trahatur ad forum ecclesiasticum.
Neque per id principum secularium iurisdictionem impediri,
secundum eum, eo quod actor id volens potest rerum trahe-
re ad iudicem secularem, qui tunc cognoscet: licet, si mal-
let, posset eum trahere ad ecclesiasticum, qui etiam tunc co-
gnosceret. Quia, ut inquit, actoris est rerum vtrō volet voca-
re, modo non vocet simul ad vtrunque: Et ita nouē intelligi
posse cap. 1. 22. dist. quatenus habet: Christum Petro clavige
ro terreni simul, & cœlestis Imperii iura commisso. Quin &
in col. 19. addit eum, qui hoc priuilegium ecclesiæ Romanæ
derrahit, in hæresim labi, & hæreticum esse dicendum.

Hæc tamen sententia Durandi dura mihi videtur, salvo ec-
clesiæ Romanæ iudicio. Primo quidem quatenus sentit, con-
trarium tenentes hæreticos esse. Quod falsum videtur. Tum
17. per dicta in. 3. notabil. corol. 1. Tum, quia omnes Reges Chri-
stiani cum omnibus fere suis subditis essent hæretici. Deinde,
quod cap. illud Quicunque. 11. q. 1. palea est. Tertio, quod
secundum eius sententiam iurisdictione laica plus satis minuere-
tur, & enervaretur: licet non omnino impediatur, neque tol-
leretur, ut palam est, quidquid ipse dicat. Ill. quod cap. illi.
1. 22. dist. belle satisfactum est in, 3. nota cor. 41. Postremo,
quod nullibi eam video seruari. Licet enim ipse dicat, ecclæ-
siæ hoc iure liberius usam esse in regno Franciæ, tanquam,
ut ipse ait, Christianissimo, & cuius reges fuerunt deuoti ec-
clesiæ

clesiae ab eo tempore quo cœperunt esse Christiani: nostra tam
enim etate id nusquam in illo regno seruatur, neque arbitror
vñquam fuisse seruatum. Licet ite in regno Nauarræ antequam
vniretur Castellæ, latius quam in aliis Hispaniæ regnis, tende-
retur ecclesiastica iurisdictio: non tamen pertingebat ad me-
tas usque Durandi, scilicet, quod omnes fideles super omni-
bus conuenirentur coram ea volente id auctore. Nunc autem
in suam coelestiam rediit.

Respondeo igitur ad hanc. 1. difficultatem. Primo quidem,
18 quod + omnis Christianus, qui conuenitur, ut Christianus,
in foro ecclesiastico est conueniendus. II. quod Christianus;
quaudo conuenitur super actu aliquo, tanquam super morti-
fero peccato, dicitur conueniri, ut Christianus: quia super tan-
gentibus Christia nismus, & mortem, vel vitam animæ spiri-
tualem, temporariam, & æternam, per Christum promissam.
III. quod Christianus, cum super hoc conuenitur coram ec-
clesiastico, non trahitur extra suum forum: Imo ad suum. Quia
forum seculare nullius forum est, quoad hoc. IIII. quod falli-
tur Durandus quatenus ait, omnem Christianum esse utrius-
que fori quoad omnia, & actoris esse optionem eum conue-
niendi coram quo iudice maluerit, ecclesiastico, scilicet uel
seculari. Tum propter ea, ob quæ dixi superius, eius sententiam
videri duram. Tum, quod quia facilitate defendi potest id,
quod ille præsupponit, nempè Christianos non esse exemptos
a foro laico: eadem quoque defendi potest, eos conuenien-
dos esse in eo, cum conueniuntur super aliis, quam tangenti-
bus Christianismum. Quia tunc videntur conueniri, ut homi-
nes, vel ciues, & non ut Christiani, ut paulo post dicam.

Ad 2. difficultatem respondeo, quod licet omnes fere cau-
sæ, quæ vertuntur coram iudicibus tam secularibus, quæ ecclæ-
siasticis vertantur super iniusticia, quæ suaptè natura est peccatum
lethalæ, ut argumentum: probat: nō tamē vertuntur super ea, qua-
tenus est peccatum lethalæ occidens animam, & priuans eam vita
diuinæ gratiæ: sed quatenus est iniusticia quædā, & iniquitas cō-
tra rationem naturalem, & leges per eam constitutas admissa.

Contra tamen hanc responzionem facit, quod secundum
eam auctores id volentes possent trahere reos saltē indirecte:

super

super omnibus causis ad forum ecclesiasticum. Quia ita possent concipere libellos pectorios, ut concluderent eos peccare, & in peccando perseverare. Qui enim emit equum, potest in suo libello scribere venditorem non tradidisse equum ei, quando & ubi tenebatur: & ita peccasse, perseverareque in peccando, quia neque nunc, ut oportet, tradit. Et qui mutuauit, & qui commodauit, dicere potest reum peccasse: quia non restituuit, ubi & quando tenebatur, nec nunc restituit, & sic de aliis.

Ad hoc responderet forte quis ex mente Hostiens. in praesenti col. 2. scilicet, quod tunc demum potest adiri hac via iudex ecclesiasticus inter laicos, cum deest remedium coram iudice laico: uel quia non uult, uel quia non potest iusticiam super eo facere, non autem alias. Sed contra hoc facit primo, quod alia ratione, quam peccati, scilicet re&a via potest adiri ecclesiasticus data negligentia, uel impotentia iudicis laici, cap. Ex tenore cap. Licet ex suscep^tto de for. compet. Cum ergo via aedundi ratione peccati sit alia, illa poterit adiri ecclesiasticus etiam absque negligentia, & impotentia iudicis laici. Deinde, quod expresse habet hoc cap. potestatem ecclesiastici posse cognoscere de quounque peccato mortali cuiuscunque Christiani: Ergo etiam de illo, super quo potestas laica uult, & potest facere iusticiam. Tertio, quod illa ratione concluditur de lethali peccato laici posse cognosci ab ecclesiastico: quia + peccatum lethale, quatenus est tale, spirituale quiddam est, mortem, & vitam spiritualem anime tangens: & quod sola lege supernaturali cognoscitur esse, vel non esse tale. At haec eadem ratio tam militat in his, qux castigat secularis, ac in aliis: Ergo super omnibus poterit conueniri Christianus laicus coram ecclesiastico.

Hec argumentatio adeo difficilis semper mihi visa est, ut nunquam ausus fuerim proponere illam ex cathedra. Quippe cuius solutio nulla idonea in hunc usque diem, quo me prælum urget, occurrerat. Quanuis nunc, cum virginis matris gloriosissimæ nativitatis peruigilio uidetur occurrere. Nempè, quod + actor quidem conuenire potest hoc modo reum indirecte coram ecclesiastico iudice super quounque peccato lethali, & iudex ipse de illo cognoscere, nisi reus excipiat. Reum autem

tem excipere posse: nō quidem quod iudex ecclesiasticus non est competens ad cognoscendum de tali causa tali modo proposita: Sed quod auctor maliciose, dolo, ac fraude videtur cum trahere ad foruin ecclesiasticum omisso seculari, cuius iudicio se ait paratum stare. Et hanc exceptionem admittere tenebitur ecclesiasticus: eo quod sacrosancta mater ecclesia fraudem & dolum plurimum odit cap. Sedes. &c. c. Ex tenore . de rescript. cap. 2. de operis noui unciant . non uult uideri arrogans. Quippè quæ simplex columba est cap. Loquitur. 24. q. 1. & simplicitatem columbæ cum suo sponso laudat. cap. Ex merito. 6. q. 1. nec est alieni usurpatrix cap. Si filius. de testa. & cap. fin. 17. q. 4. cap. Ex tenore de for. compet. Nec vexare vllum cupit, quæ omnes leuare desiderat. cap. final. de dol. & conqum. cap. Ut debitus. de appell. At qui potest directè conuenire laicum Christianum coram laico iudice, super aliquo, tanquam ciuem , & hominem , & sperat, uel sperare debet ius suum sibi ab eo reddendum , & conuenit indirectè illum coram ecclesiastico , merito videtur potius simulare se querere ; quam verè velle ea : quæ sunt Christi , scilicet , ut conuentum pœnitentia peccati , quo mortuus iacet , & satisfactio conuenienter , Deo fiat gratus . Videtur(inquam) hoc simulare , cum potius credatur velle principaliter suam satisfactionem: & ita merito presumitur id facere animo fraudandi potestate laicam , aut reum artibus exquisitis vexandi . Et si ecclesia non admittet eiusmodi exceptionem , arrogans videretur , & alieni cupida , & potius velle querere potentiam , quam facere iustitiam. Et ideo merito non admittit talem actorem , cum tamen admittat alios , qui destituti remedio in foro seculari ad ecclesiasticum recurrent . Qua noua ratione illa Hostiens. & Ioh. Andr. a quibus nemo recedie , antiqua doctrina defenditur , quam etiam satis sensisse videtur Innocen. num. 4. Pro qua consideratione faciunt silla multa , quæ de maliciose excipiente post Felin. & Decium diximus in cap. In præsentia . de probatio. & in repet. cap Accepta . de restit. spoliat. opp. 3. post Innocenti. in cap. Post electionem de concess. præb.

Ad. III. Dificultatem respondeo , quod ad hoc , vt crimen dicatur mixti fori non sufficit , nec oportet super illo possit:

H adiri

adiri utriusque fori iudex aliqua via, directa, vel indirecta ratione peccati lethalis: vel cuiusdam iniusticiæ, & siue possit declinari per conuentum, t siue non: sed oportet quod possit
24 adiri directa ea ratione, qua est crimen non habito respectu, quod sit lethale tollens vitam animæ spiritualem: laicus qui- dem inter laicos, ecclesiasticus inter ecclesiasticos. Et ideo quamvis super omni criminis, quatenus est peccatum lethalis, possit adiri ecclesiasticus indirecte, salua exceptione, quod speratur iustitia in seculari: Non tamen ideo consequitur om-
25 ne illud esse mixti fori. Ad. 4. respondeo t regulam illam, quæ habet, eandem rem non esse diuerso iure censendam, in- telligendam esse attento vno, & eodem respectu: non au- tem attentis diuersis, vt est casus in l. Si quis ad perferen- dum. §. 1. ff. de furt. & satis colligitur ex. 3. oppos. Bald. in l. 1. C. de seruis fgit. & Aret. consil. 110. col. 4. & gl. Quanquam. 2. q. 7. c. 1. de offic. leg. & faciunt omnia iura probantia vnū, & idem vno respectu consideratum differre a se considerato alte- ro cap. A collatione. de appet. lib. 6. & l. Si quoniam. C. de ap- pell. Quare non est mirum, quod vñus, & idem, cum est con-ueniendus. vt homo, conueniri debeat coram laico: cum au- tem conueniendus est, vt Christianus, conueniri debeat co- ram ecclesiastico.

Ad. 5. eademq; nouā difficultatem dico primo posse concedi nullū Christianū conuentū, quatenus est Christianus, posse iu- beri iustè occidi, vel mutilari membro ab aliquo iudice, eo q;
26 quatenus est talis, nō potest conueniri coram laico: Et pote- stas ecclesiastica, corā qua cōueniri potest, nō extēditur ad oc- eisionem, vel mutilationē mēbri alicuius, vt colligi videtur ex illo Pauli. 1. ad Thi. cap. 3. relato in princ. dist. 45. Oportet epi- scopū sine crimine esse, non uinolentum, non percussorem. Ex
27 quo id colligit Tho. 2. Sec. q. 64. art. 4: adeo quidē vi dicat ēt episcopū, vel aliū prælatū, qui una cum ecclesiastica potestate habet ēt laicā: quia forte est dux, marchio, vel comes: nō posse iubere per se occidere aliquē, vel mutilare, etiā quatenus esset dux, marchio, vel comes. De quo est casus in cap. fi. ne cleri. vel mon. li. 6. ibi: debent, & possunt. Quoniam ve eruditē ait Tho. de Vio. ibidem potestas ecclesiastica modifcat laicā in

vna & eadem persona secum concurrentem : ita, ut quæcunque dedecent prælatum, dedeceant marchionē , qui simul est prælatus, & marchio : nimirum digniori trahente ad se minus dignum, cap. Quod in dubiis. de consecrat. eccles. l. i . iuncta gl. ff. de verbo oblig. Cui vir doctus consequens facit, non licere his, qui sunt prælati simul & domini vacare venationibus, & aliis prohibitis clericis, & prælatis . Secundo dico, non esse concedendum t Christianum non posse iustè iuberi occidi a laico iudice, cum coram eo, ut homo vel ciuis, conuenitur . Quia solus Christianismus non eximit quem a iurisdictione laica , licet clericatus additus Christianismo sic, ut in difficult. sequenti dicam.

Ad. 6. eandemque difficultatem, dico primo facile quem forte dicturum claram esse rationem, quare Christiani laici, ut homines, & ciues possunt conueniti coram laicis iudicibus, perinde ac si non essent Christiani: clerici autem non item: Nempe, quod t clerici duplice qualitatem spiritualē, & supernaturalem habent, Christianismi, scilicet, & clericatus: laici vero Christiani vnam tantum, scilicet Christianismum: Et duo vincula fortiora sunt uno cap. i. de treug. & pace. Aucth. itaque .C. communia de succes.

At contra rationem hanc facit, t quod satis est aliquid esse uno tantū nomine spirituale: imo & spirituali annexū, quo non subsit potestati laicæ: sed soli ecclesiasticæ. Ecclesia de cōstit. &c. Quanto de iudiciis: Ergo nihil refert, quoad hoc, an uno, uel dupli nomine aliquid dicatur spirituale. Cum igitur Christianus omnis sit quiddā spirituale, saltē eo uno nomine, quod impressū characterē baptismi: et per baptismū est regeneratus; siue denuo natus spiritualiter Ioh. 6. vt late probatum fuit in nō no fundamento nostri notabilis: Consequitur, perinde videri cū exemptū a iurisdictione laica eo uno nomine, quo est spiritualis: sicut clericus duobus, quibus est spiritualis: & per consequitionem, quod aut nullus Christianus potest conueniri coram laicō, ut homo & ciuis, aut quod etiam poterit clericus spiritualis.

Aliter igitur responderet aliis ad hanc difficultatem . 6. scilicet, concedendo, t quod attento iure divino solo idem esset

dicendum de clericis, & aliis Christianis: & sic quod etiam clerici, cum conueniuntur, ut homines vel ciues, hoc est, super his, quae sunt eis communia cum aliis hominibus, etiam non Christianis, possent conueniri coram laico: Sed quod iure humano inducta sit hæc diuersitas, per quam non omnes Christiani: sed soli clerici & monachi sunt exempti a potestate laica, & quo ad ea, quae illis sunt communia cum eis, qui non sunt Christiani: puta temporalia: Et id quidem ob multas, & iustas causas, ob quas merito eximi potuerunt etiam a solo Rom. ponti. perpendente id conuenire regimini, & saluti animarum fidelium, ob varios respectus.

Pro hac opinione facit ea, que citat Steph. in decis. capell. 126. & 167. & Gul. Bened. in rep. c. Raynūcius. verb. Et vxore in nomine Adelasiā. a. nu. 126. vsq; ad 150. quatenus cōcludunt, clericos conueniri posse corā iudicibus laicis super actionibus ciuilibus realibus: puta rei uēdicationibus, & hypothecis, & aliquot personalibus: licet contrariū significet, quatenus presupponit, non posse cōueniri eos corā eis super personalibus, nec super criminalibus etiam alioqui pphanis, iuxta. c. Clerici. supra cod. & c. 1. de cleri. coning. li. 6. Faciunt etiam argumēta Marsiliū relata, sed non satis absoluta, per Iaco. Almay. in li. de potest. eccl. c. 8. & 9. Quibus omnibū fortè fortius vrget replicatio proxima cōtra solutionem primam huius difficultatis facta. Faciunt & illa, que in. c. Clerici. supra cod. pro hac parte adduximus nostram super hoc sententiam ferentes. Quibus addo eum, qui hanc exēptionem iuti humano tribueret, facile rueri posse hanc secundam solutionem. Eum vero, qui tenue rit contrarium, (quæ communis est opinio) tam sacrarum, quæ pontificiarum legum peritorum post glo. sing. adiuncto tex. c. Si Imperator. 96. dist. difficile soluturū hanc. 6. difficultatē, ēt si dicat, ideo aliud esse de charactere spūali primo, quo quis incipit esse Christianus: & aliud de charactere clericatus, qui postea supuenit. Qm̄ ille est primus, & illū hēt ēt laicus iudex, si ē Christianus: hunc vero minimē: & hic nō est primus, sed superadditus. Et ideo aqunm videri, quod licet Christianus eximatur a potestate laica ethinorum tali charactere carentium: subiaceat iamē potestati laicæ laicorum Christianorum simili characte

characterē insignitorum. Difficile (inquam) soluet hanc . 6. difficultatem ēt si hoc dixerit. Tū, quia eadem ratio vester de qualitate spirituali prima , qua quis incipit esse Christianus: & de alia ei Imper addita. Tū, quia plus videtur differre Christianus a pagano nō Christiano, quā clericus a Christiāo laico: Ei si ideo clericatus eximit, a fortiori vid. ēt eximere Christianismus. Tū, quia p̄ias laica eadē penitus est principū Christianorū, quē olī fuit ethnicorū: & per cōsecutionē nō extēdet ad ea, in qua nō extendebatur ea, qua fuit ethnicorum. Tum, quia quæstio tangēs characterē baptismi, vel baptismū perindē tractāda est corā ecclesiasticō, ac q̄stio tāgēs characterē clericalē, vel clericā:ū .

Corollarini primum.

Ex his igitur omnibus prædictis colliguntur multa . Primo quidem vnuſ fasciculus constatus ex his manipulis, scilicet noſtrum tex. efficaciter probare, potestatē ecclesiasticam cognoscere posse de quoconque peccato lethali cuiuslibet Christiani , quatenus id est peccatum lethale ad pœnitentiā: & non ſolum hoc extu , ſed etiam Euangeliō, & multis nouis ac firmis rationib⁹ id nici : eisdemque verum modum intelligendi hunc tex. aperiri . Et Christianum omnem duobus modis considerati posse, ſcilicet quatenus est Christianus , & quatenus est homo, vel ciuis . Et eum , quatenus est Christianus , habere quiddam in ſe ſupernaturale: eo que nomine dici poſſe quiddam spirituale . Et ideo quoties conueniendus eſt, ut Christianus , conueniendum eſſe coram ecclesiastico, niſi conuentio illa preſumatur malicioſa . Non tamen ob id omnē Christianum eſſe fori ecclesiastici quoad omnia , quicquid Duran. & Iohan. a Turre crema. fuerit viſum . E: minus eſſe hæreticos, qui hoc tenent, & ſeruant, cum de numero eorum ſint ferē omnes : imo plus ſatis incautos fuiffe , qui eos hæreſeos inſimularunt . Colligitur etiam noua ratio, quarē de quolibet peccato lethali, ſive mortali , etiam quatenus eſt lethale, non cognoscat ecclesia : cum tamen eius potestas ad id extendatur : imo admittat, admittereque debeat exceptionem declinatio- niam fori .

34. II. Infertur t̄ hæreticum videri contrarium nostri no- rabilis modo ſupradicto modifiſcati , ſcilicet , potestatē:

ecclesiasticam non posse cognoscere de quocunque peccato lethali , an sit tale , vel non , & an quis perseveret in eo , vel non , ad effectum reuocandi peccatorem a vitio ad uitutem , & ab errore ad veritatem , saltem per viam denunciationis euangelicæ . Tum , quia id clare est contra euangelicū Matthæi . 18 . & contra hunc tex . & inductiones claras ex euangelio , & iure naturali ei adjuncto , in fundamentis nostri notabilis formatas . Et ita uerum esse partim id , quod ait Durandus , ubi supra col . 18 . scilicet eum , qui tollit ecclesiæ priuilegium cognoscendi de actibus Christianorum , in heresim labi , & hereticum esse . Verum enim est , si restringatur ad actus , qui allegantur esse peccata lethalia , sive mortalia , quatenus sunt talia : & verbum , cognoscere , ad cognitionem per viam denunciationis euangelicæ , ad effectum cogendi ad subeundam poenitentiam . Quamvis generaliter , ut ille accipit , acceptum , falsum sit , per dicta

35. in . 6 . difficultate . Parimodo uidetur limitandum illud + Carlerii relatum , & probatum a Iacobo Almayno in lib . de potestate Papæ cap . 11 . col . 13 . scilicet , quod asserere iudicem ecclesiasticum non posse cogere laicum ad soluendum debitum , quando certum est , quod ipse debet illud , vel ad cedendum bonis , est errare in materia clauium . Videtur enim limitandum , ut procedat , quando ecclesiasticus via denunciationis aditur , & debitor non est paratus stare iudicio fori sui laici : aut deest iudex laicus , aut non vult , aut non potest statuere id eo casu : eo quod secundum leges , quas ipse tenetur custodire , toleranda est illa inæqualitas , vt satis colligitur ex eod . Iacob . in alio lib . quem de autoritate ecclesiæ inscripsit cap . 5 . col . penul-

36. + Quæ duo dicta Durandi Carlerii , & Almay . memorabilia duco latéra regis claudentibus , ne dum plus satis placere pergunt regi terreno , displiceant coelesti : & detrahant clauibus Petri , & ecclesiæ potestati acceptæ ab ipsomet Christo domino Deo nostro .

37. Illi . Infertur notabile nostrum + non solum intelligendum de peccato notorio , & peccatore notoriè in peccato iacente : sed etiam de alio quocunque peccato , quod probari potest esse tale , & de quolibet peccatore , qui probari potest taliter iacere . Tum , quia tex . noster indistinctè & generaliter : imo-
vniuer-

vniuersaliter loquitur de quo cunque peccato, & quolibet peccatore. Tum, quia in specie id declarat seruandum in peccato, quod non erat notorium, & in peccatore, qui non perseverabat in eo notoriè. Si quidem id declarat seruādum in quodam peccato regis Franciæ, quod non fuisse notorium peccatum, licet forte factum, quod dicebatur peccatum, esset notorium, neque regem notorio in peccato extitisse, constat ex illis verbis ferè postremis: De plano cognoscant, vtrum iusta sit querimonia, quam contra eum proponit coram ecclesi a rex Anglorum, vel eius exceptio sit legitima quam contra eum per suas nobis literas duxit exprimendam.

38 III. Christianum tunc videri conueniri, ut Christianum, cum conuenitur de induētis, aut reuelatis supernaturaliter per Deum Opti. Max. vel eius ecclesiam, quatenus talia sunt, vel super accessoriis eorum, aut aliis, quæ secundum legem supernaturalē iudicanda sunt, vel ex ea eruuntur. Dixi, de induētis supernaturaliter, ad excludendum induēta naturaliter, & includendum plurima induēta diuinius, quorum in veteri testamento maxima copia erat. In novo vero sunt omnia septem sacramenta. Dixi reuelatis, ob articulos fidei, & alia quā plurima in utroque testamento reuelata. Dixi per Deum opti. Max. ad excludenda reuelata per cacodæmones, & artes eorum magicas, easdemque damnatas. Dixi vel cius ecclesiam, ob sacramentalia, & alia per eum in diuinum cultum instituta. Addidi, quatenus talia sunt. Quia qui super eis alio respectu extrinseco conueniretur, non uideretur conueniri, ut Christianus: puta qui conueniretur super bibliorum libro, aut alio continentे sacras literas, empro, vel vendito, quo tradere illum cogeretur, uel soluere pretium eius: Et qui conueniretur, eo quod dixit vel scripsit hæc uerba: Deus est trinus & unus. Addidi, uel super accessoriis: quia illa sequuntur naturā sui principalis cap. Accessorium. de regul.iur.lib.6. Addidi, vel aliis, quæ secundum legem supernaturalē, iudicanda sunt, ob peccata lethalia, siue mortalia: Quæ an sint talia, & quatenus sunt talia per legem supernaturalē sunt iudicāda: ob hereses item, iuramenta, & id genus alia, quæ per eandem legem iudicari debent. Addidi, uel ex ea eruuntur, ob multa, quæ licet expres-

se, ac speciatim non sint ab ipso Deo inducta, uel reuelata, eruuntur tamen, & fluunt per necessariam consequitionem ex inductis, vel reuelatis speciatib; in eius lege, ac sacris litteris. Quale potest dici præceptum de confessione sacramentali, & auriculari, & ea, quæ nos quoque scripsimus in summa de pœnit. dist. 5.

39. V. Infertur Christianum non conueniri, ut Christianum cum conuenitur super actionibus ciuilibus realibus, neque cum super personalibus: Imo neque cum super delictis communibus eo solo respectu, quo delicta sunt, ut clarè colligitur ex coroll. præcedenti. Infertur item non satis dolatum videri id, quod ait Gulielmus Ocam in priore parte dyalog. lib. 6.

40. cap. 8. scilicet, t illa tantum esse spiritualia, quæ religioni Christianæ sunt propria, & quæ in nulla secta alia sunt reperita: nec ad legem naturæ sunt spectantia. Quoniam multa sunt spiritualia, quæ non sunt propria religioni Christianæ, puta illa, quæ sunt communia Christianis, & iudæis, scilicet, decimationum perceptio: & Messiam promissum fuisse de semine Abraham: prophetas veteris testamenti spiritu Dei affatos prædictissime futura, & id genus alia multa. Quoniam & aliqua sunt communia cum Saracenis: puta unum tantum Deum esse, omnia scientem, omnia gubernantem: mundum fuisse creatum: Moysen Deo acceptum, & Iesum Christum eo acceptorem. Nonnulla etiam cum paganis, & rectè philosophantibus, puta, unum tantum Deum esse, animas esse immortales: esseque veras materiæ formas: & non solum motrices, iuxta Clem. 1. de summa Tri. & alia non pauca.

41. VI. Infertur t verum intellectum cap. Quicunq; 11. q. 1. n. 6 esse, quod omnes Christiani, siue conueniantur ut Christiani ad sensum præmissum, siue non, possint conueniri super omnibus actionibus coram ecclesiastico iudice, ut Duradus, & Ioh. a Turr. cremat. relati in. 10. fundamento nostro notabilis dixerunt: sed quod tunc demum, cum conueniuntur, ut Christiani ad sensum prædictum: & ita non solum responderi potest illi capit. ut supra in. 6. difficultate significauimus, esse paleam, ut inscriptio demonstrat, & Iacobus Almaynus affirmat: sed quod etiam si esset granum, ut res in eo contenta insinuat, nihil obstarerit.

staret. Insertur etiam: quod ratio statuendi cap. Quicunque &c. Volumus. 11. q. 1. quatenus eorum tenor in hoc cap. recitatur non fuit, quod Christiani sint res spirituales spiritualiter charaktere insigniti: Sed quod eo tempore ianta erat iudicium ecclesiasticorum sinceritas iudicandi ut Imperatores illorum conditores arbitrati fuerint è republica esse, ut omnes lites uolente alterutro litigantium finirentur per iudices ecclesiasticos. Quia illa capitula non solum faciebant facultatem actoribus coueniendi reos coram ecclesiastico, ut dixerunt Durand. & prædictus Iohannes: Sed etiam reis, etiam post item cœptam, contestatam, & ferè finitam, petendi, ut processus, & diffinatio qua parte nondum erant facta, remitterentur a seculari ad ecclesiasticum.

42 VII. Alia f esse peccata, vel crimina merè spiritualia, siue ecclesiastica: alia merè secularia: alia mixti fori, quæ diffinire tentarunt, sed imperfectè, gl. cap. Nos inter. de purg. canoni. Gofred. in summa. de for. com.col.3. Bald. in additio. Specul. tit. de compet. iudic. adit: & in Margarit. verb. Papa. vers. 22. Gulielmus Ocam. in Dyal. 3. part. lib. 6. cap. 8. & 2. par. lib. 6. cap. 97. col. 1. qui liber hodiæ prohibitus est in Indul. Pii. IIII. classe. 2. & post Cardinal. Panor. Aretinus, in cap. Cum sit. de for. compet. num. 30. & Iacobus Almayn. de potestate Papæ. cap. 10. col. 7.

Multo tamen perfectius diffinieris dicendo, peccatum, seu crimen mere seculare, siue laicum esse peccatum, quod sola lege seculari est vetitum: qualis videtur in hoc regno delatioensis longitudinis maioris, quam quinque palinorum: & asportatio tritici, & quarundam aliarum mercium extra regnum.

Peccatum autem merè ecclesiasticum esse, peccatum, quod sola lege supernaturali cœpit esse vetitum, vel sola pontifícia est prohibitum. Posui: peccatum, pro genere, & ad excludenda multa, quæ cœperant esse olim peccata lege supernaturali ceremoniali, vel iudiciali veteris testamenti: nunc autem non sunt. §. fin. 6. d. & cap. 1. de puriss. post pattium. Dixi, sola lege supernaturali, ad excludendum mere secularia, & mixta, quæ non cœperunt vegetari sola lege supernaturali. Dixi cœpit esse, & non est, ob multa, quæ hodie sunt delicta: etiam secundum leges

leges seculares, & nihilominus sunt merè ecclesiastica. Qualia sunt peccata hærescos, & apostasie, quæ tam seculari, quam humana, quam supèrnaturali, & pontificia, sunt prohibita per titul. infra de hæreti. & de apostat. & de hæreti. C. & tit. 2. lib. 5. ordinat. regi. & id genus alia multa. Dixi, vel sola pontificia est prohibitum, ad includendum peccata transgressionum ieiuniorum, & aliorum præceptorum humanorum ecclesiæ: de quibus in tit. de obserua. ieiuni. et in cap. Missas, de consecr. d. 1. & tit. de feriis. Non autem dixi, hic coepit esse, sicut superius. Quia in ea sum opinione, ut credam mixti fori esse delicta, quæ cœperunt quidem esse talia lege pontificia, sed nunc vetita sunt etiam seculati, vel Romana, vel alia condita per eum, qui potestatem eam condendi habuit legitimam.

Peccatum vero mixti, fori est peccatum lege naturali, simul & ciuili, siue seculari, vel pontificia, simul & laica vetitum. Dixi, lege naturali simul & ciuili, ad comprehendendum omnia peccata, per legem naturalem, & ciuilem vetita, siue sint etiam per supèrnaturalem, vel pontificiam prohibita, siue non. Qualia sunt omnia peccata commissa contra præcepta Decalogi. de quo Exod. 22. &c. Quid in omnibus adiun. glossa. 32. q. 7. Et ad excludendum ea, quæ vetita quidem sunt lege naturæ, sed permitta seculari. Qualis est fornicatio simplex, iuxta ea, que habentur in cap. Meretrices. 32. q. 4. & aliis locis allegatis, per gl. Cl. Ad nostrum de hæret. verb. Non est. & Tho. 2. Sec. q. 154. art. 2. & in 4. dist. 33. q. 1. & Ioh. Andr. in mercut. regulæ Sine culpa. lib. 6.

Dixi, pontificia simul & laica, ad includendum illa, quæ nec naturali, nec supèrnaturali lege vetantur: sed humana, ecclesiastica, & ciuili sic. Qualis est delatio armorum nocturna post certum signum per utramque potestatem multis in locis prohibita. Qualis item iuri dici potest in hoc regno, contractus matrimonii intra. 3. & 4. gradum: imo & in secundo in linea equali, quæ nulla lege naturali, neque supèrnaturali etiam veteris testamenti vetatur: attamen prohibetur lege canonica. cap. Quædam in 33. q. 2. & lege seculari regia. tit. 13. §. 2. lib. 4. ordin. quamvis in 2. gradu non prohibetur lege Romana. s. Duo sunt. inst. de nuptiis. Nec referre arbitror an prius lege pontificia,

tificia, quam ciuili : vel prius ciuili, quam pontifícia ; cœperit prohiberi , modò utraque sit prohibitum, quidquid sine ratione sufficienti dixerit Pan. in d. cap. Cum sit. num. 31. Peccatum autem ecclesiasticum , sed non merè , est peccatum in se: se quidem etiam lege alia vetitum : sed sola pontifícia prohibeti cœptum , saltem quoad circumstantiam loci, temporis, personæ, vel aliquam aliam . Posui peccatum , pro genere. Reliqua: vero pro differentia , qua excluduntur alia tria genera prædi-cta , scilicet merè secularia , merè ecclesiastica , & mixti fori . Quoniam , si satis rem expendas nullum eorum inuenies , quod alia lege sit vetitum, & sola pontifícia cœperit prohiberi. Dixi autem , cœptum prohiberi , & non est. Quoniam ad hoc, vt sit ecclesiasticum , non tamen merè , satis videtur , quod co-
pit esse tale lege pontifícia: Et quoad hoc posset sustineri do-
ctrina Panor. in d. cap. Cum sit, num. 31. si absque violatione
verborum , & mentis eius ad id restringi posset. Exempla huius.
membri sunt omnia sacrilegia , siue sint talia ratione temporis,
siue ratione loci; siue personæ, siue alia, de quibus in tit. de
immunit. ecclesiarum, &c. 17. q. 4. per totam & 2. Sec. q. 99. &c.
Cum sit. de foro competen., & alibi sxpè . Sunt & transgressio-
nes ieiuniorum , & festorum, & id genus aliorum ..

43. Huius exactæ resolutionis† illa est quotidiana virilitas, quod
de peccato merè ecclesiastico solus ecclesiasticus cognoscit, &
& iudicat etiam inter laicos cap. Ut inquisitionis. §. Prohibe-
mus. de hæret. lib. 6. Et de merè seculari solus secularis : et de
mixto uterque. Ecclesiasticus quidem contra ecclesiasticos; Lai-
cus contra iaiicos regulariter. De ecclesiastico vero non mero
cognoscit ecclesiasticus etiam inter laicos, saltem quatenus ta-
le est , secundum communem omnium, glossæ, & aliorum sen-
tentiam, in cap. Cum sit de for. competent.

44. VII. Latum hic aperiti campum inferendi multa profunda,
& quotidiana . Quorum de numero. primum est ratio; quare,
& an verè peccatum usuræ, quod est prohibitum. lege naturæ
secundum Communem , ut tangit Panor. in rubri. de usur. & la-
tius tradit Vterque Thomas. 2. Sec. q. 78. arti. 1. & Communis:
in. 4. distin. 15 ?merè tamen ecclesiasticum dicitur quo ad quæ-
stiones iuris , secundum eandem Communem in. d. cap. Cum
sit. &

sit. & in l. Titia. ff. solut. matrimonio. & in. l. Quoties. C. de iudi. & Clemen. Dispensiosam. de iudi. Cum tamen homicidium mixti fori ponatur. II. Ratio determinandi, an licet id olim fuisset verum, secundum leges Romanas, quæ permitte bane eas: hodie tamen aliud sit dicendum, secundum alias omnium ferè regum Christianorum, quibus illæ prohibentur, & eas exercentes castigantur. III. ratio quare omne peccatum (ut nouiores quidam vocant) erroris, vel oppositionis, quo quis malè iudicat illud aut illud esse, vel non esse peccatum, in omni materia, est merè spirituale, vel ecclesiasticum. Peccatum autem (quod iidem vocant vendicationis) quo quis sibi vel alii malè vendicat, vel querit honorem, voluptatem, fortunas, vel aliquid aliud non item. IIII. ratio, quare, & an verè dicat Communis de questione etiam facti quorundam, etiam merè ecclesiasticorum, non posse cognoscere secularem: puta, an quis sit ordinatus nec ne a tali episcopo, etiam omissa discussione iuris: an ordinatio sit legitima nec ne. De questione vero facti quorundam etiam merè ecclesiasticorum sic: præta an iurauerit nec ne, omissa disputatione restè, an secus id fecerit. V. ratio, quare, & an verè dicitur principem secularem non posse castigare hereticum, sine prævia cognitione iudicis ecclesiastici, ubi nullum est dubium, an sit hereticum id, quod accusatus dicitur fecisse, vel dixisse, neque id ipse negat, sed solum an id fecerit, dixerit nec ne. VI. ratio cur, & an restè fecerit Rex Franciæ Franciscus, cum ante paucos annos statuit, ut quisquis aliquid ex 20. & amplius dogmatibus quorundam Germanorum ab illa celeberrima Parisiorum Academia damnatis in suis regnis prædicaret, doceret, affirmaret ne, censeretur committere crimen læsa maiestatis, humanæ: ac perinde contra eum (quisquis ille esset,) procederent iudices seculares, ac contra proditores, rebelles, & perduelles sui regni.

54 VII. ratio cur, & an restè potuit fieri lex. 49. Tauri in regno Castellæ, qua filii clandestine contrahentes exhibredari possunt a parentibus: De quo post alios etiam doctissimus Didacus a Couaruuias in Epit. 4. 2. part. cap. 6. VIII. ratio determinandi alia multa; quæ hactenus habeo quidem rudia, & informia: sed Deo Opt. Max. fauente, cum relectione, cap. Turim.

de ordi-

ne cognit vulgabo formata , & formosa .

IX. Infertur illuc corolla. quod me notabili huic. 6. inser-
turum dixi ante octo menses , cum latè responderem pro Do-
mino D. Iohan. Soarez præsule nostro reverendissimo, eodem
que comite ualde illustri multisque nominibus mihi suscipient
46 do : t deceptum a laico grauiter citra dimidium iusti precii,
posse via denunciationis euangelicæ iudicialis, vel mixtæ, adi-
re iudicem ecclesiasticum , vt illum deceptorem , aut leſorem
moneat: & si opus fuerit per censuram ecclesiasticam cogat ad
pænitudinem illius peccati: ac per consequutionem ad restitu-
endum decepto tantum , quantum secundum legem euangeli-
cam opus est ad hoc, ut illa inæqualitas desinat esse peccatum,
saltem mortiferum .

I. Præsuppositum , scilicet peccare lethaliter eum ;
qui contrahendo notabiliter decipit proximum .

47



O C corollarium probaturus præsuppono primo,
t peccare mortiferè, quicunque contrahendo deci-
pit alium in notabili quantitate , etiam citra dimi-
dium iusti precii. Quod affirmauit Tho; 2. Sec. q.
77. art. 1. & in Quodlibet. 2. arti. 10. & in: 4. di-
stin. 15. q. 3. arti. 2. vbi Gabriel ait. q. 10. colu. 9. nihil esse in
hoc dubii . Quamuis non desint qui dubitent : sed non(ut opi-
nor) ibi. Quod eiiam tenet Divus Anto. 2. parte tit. 1. cap. 16.
§. 3. receptus a Clauasio , Siluest. Tabiens. ac aliis rapsodis si-
ue summis in verb. emptio , & Contad. de contractu: 3 parte,
q. 7. Et Inno. in cap. In ciuitate de usur. quem Anto. Panor. &
Ioh. ab Annan. ibi sequuntur, & Antho. in cap. Quia pleriq; .
de immunit. eccles. num. 12 . & Pan. ibidem. q. 9. Petrus ab e
Anchar. in regul. Peccatum. de re. iur. lib. 6. num. 13. & . 14.
Et Panor. in cap. 1. De emptione . Facit glo. memorabilis in.
§. Hoc ius. 10.q.2. verb. Plus , recepta vbiique per omnes. Sal-
cetus in Auten. Ad hæc. C. de usur. q. 21. et Fortu. de ulti. fine
illa. 17. & Bartol. Veron. de simulat. contract. in . 2 . præsupp.
primi casus , col. 2. & . 3. Autoninus Burgens. in cap. Cum di-
lecti.

dilecti. de emptio , nu. 21. & recentiores in repetit. l. 2. C. de rescind. vendit. col. 34. Diuus Bernardi. sermo. 35. art. 1. &. 2. Facit glo. putata singul. l. Sempere in conuentionibus. ff. de regul. iur. quæ habet hoc non licere bono viro, per quam, eam appellans singul. hoc ipsum tenet Bald. in cap. Cum causa. de testibus in fin.

- Et ne quis soli authoritati docentium nisi nos existimet, pro
 48 bamus id primo eo principio iuris naturalis: t Ne facito aliis,
 quod tibi fieri non vis . in princi. Decret. Deinde illo Aposto-
 li. ad Thessal. 4. Ne quis supergrediatur , & circumueniat fra-
 trem suum in negocio. Vindex est enim de his omnibus. In quo
 pondera verb. supergrediatur, & verbum , vindex . Tertio illa
 ratione , quam sentit Tho. in d. q. 77. & alii in. d. distin. 15.
 49 scilicet, quod fundamentum iustitiae commutatiæ, quæ con-
 sistit in emptione , & venditione , ac aliis commutationibus ,
 est æqualitas precii, & mercis, vel allarum rerum commutan-
 darum . Nam vt Arist. 1. Politicorum tradit, emptio , & ven-
 ditio , & eadem ratione omnis alia commutatio introducta
 est pro communi utilitate ambarum partium , quarum altera
 50 re alterius indiget . Quod t autem pro communi duorum vi-
 litate inductum est, non debet esse grauius alteri , quam alteri:
 vt esset, si premium excederet valorem mercis, aut è contrario:
 Ergo prefata æqualitate non seruata contractus erit iniustus,
 cum alter eorum plus debito recipiat: alter vero minus .

- 51 Quarto, t qui emit aliquid ab alio minore precio , quam sit
 iustum , aliquid recipit non gratuito a vendente , pro quo ni-
 hil ei dat , partem scilicet illam rei , sine qua residuum eius va-
 leat tanti , quantum est datum premium : Ergo emptio talis in
 iusta est .

- Quinto conuincit aduersarium quamlibet effrontem, & pro
 52 cacem , t quod omnis, qui credens , vel debens credere rece-
 dit a medio virtutis, siue per excessum , siue per defectum etiam
 solo humano , ac iure naturali attento, peccat, & facit actum,
 vicii alterius extremi virtutis, reliqua ea in medio : Quia virtus
 in eo consistit, secundum Aristot. 2. Ethic. & Th. late. 1. Sec.
 q. 64. Quod cosequitur , t peccare omnem illum , qui cre-
 dens , vel credere debens recedit a medio iusticie (quæ yltus
 est cla-

est clarissima) siue id faciat per excessum, siue per defectum:
 facereque actum iniusticiæ, quæ est vitium contrarium virtuti
 iusticæ. Quod rursus consequitur, tamen omnem illum, qui cre-
 dens, vel debet credere recedit a proportione quadam æquali-
 tatis commutationibus peccare, admittereque actum vicii al-
 terius extremi virtutis iusticæ. Si quidem medium iusticæ in
 tali proportione consistit, secundum Arist. 5. Ethic. & Thom.
 2. Sec. q. 18. arti. 10. receptum ab omnibus, saltem quoad
 ea, quæ faciunt ad propositum nostrum. Ex quo tertio sequi-
 tur, eum, qui contrahit aliter, quam gratuito & sciens, vel
 debens scire, non seruat proportionem æqualitatis, actum ini-
 justicæ, quod graue vitium est, admittere, ac per consequen-
 tionem peccare. Cum ergo omnis, qui credit, vel debet cre-
 dere rem, quam emit pluris valere, quam sit premium, quo eam
 emit, credat, vel debeat credere se recedere a medio iusticæ
 consequitur cum peccare. Ex quo necessario. 4. sequitur, om-
 nem tamen contractum non gratuitum, per quem res credita, vel
 debita credi esse certi valoris commutatur pro re credita, vel
 debita credi maioris valoris, vel contraria esse peccatum. Ex
 quo infertur etiam necessario veram esse doctrinam illam,
 quam Scotus in. 4. dist. 15. q. 2. tenet, & quam esse Commu-
 nem inter alios ait Conrad. in. d. 2. parte. q. 57. & Iacobus
 Almayn. in. d. distin. 15. q. 2. col. 49. & 50. scilicet omnem
 temptationem & uenditionem, in quam inatus, vel minus pre-
 cium quam sit iustum interuenit, esse peccatum: Cum tali ra-
 men differentia, quod quando excessus est parvus ultra la-
 titudinem omnem iusti precii, est peccatum ueniale: qua-
 do uero notabilis etiam citra dimidium iusti precii, est
 lethale: siue mortale: sed tale, quod leges ciuiles non
 puniunt, imo tolerant: Quando uero excedit etiam dimi-
 dium adeo est grande peccatum lethale, ut intolerabile sit:
 etiam secundum leges ipsas ciuiles, & potestatis prophaneæ.
 VI. & postremo facit, quod Magnus ille Augustinus hoc
 expressè affirmit lib. 13. de Trinit. quem latè sequitur Henri-
 cus Quodlib. 1. q. 40. & efficaciter probat capitulum. 1. de
 emptio. quatenus prohibet peregrinis uendere carius, quam
 mercato uendantur. Pro quo nouè, ac singulatiter pondero
 cap. Cum

cap. Cum dilecti. de emp. quatenus reseruat remedium agendi super deceptione &c. canonicas, non distinguendo inter deceptionem citra, vel ultra dimidum: licet glossa ibi (potius suo, quam authoris eius sensu) illud restringat. Confirmanturque omnia, per regulam locupletari. lib. 6. &c. Iure naturæ nemini Locupletandum cum aliena iactura. ff. de re. iur.

58 Non obstant leges illæ ciuiles. In causæ §. r. de minor. Item si pretio. §. final. ff. locati. Neque illa capitula: Cum causa. & Cum dilecti. de emptio. cum illis. 4. glossis. c. Cum causa. de testibus. c. Per tuas. de donatio. &c. c. In ciuitate. de usur. & d. c. Cum causa. de emptio. quæ videntur probare, licitam esse deceptionem citra dimidium iusti precii. Quoniam non est meos, glossarum, neque etiam textuum dicere ita id licere, ut non sit malum, & in se turpe, atque a bonitate abortens: Sed quod lege ciuili non punitur, imo toleratur. Sicut Lupanaria, secundum Augusti. in sermo. de ordine: & ingurgitationes ante quadragesimam in quinquagesima, secundum Gregori. in. c. Denique. 4. distin. vt. Tho. receptus ab omnibus tradidit in. d. q. 77. ar. 1. & nos latius explicavimus in. c. Qualitas. de poenit. distin. 25. An autem, & quantum toleretur id lege canonica, postea dicemus declarando illa, quæ Panor. dixit in cap. Cum causa de testi. nu. 4. per alia ipsiusmet dicta.

Non obstat etiam, quod And. Sicul. ait in cap. 1. de emptio. col. 3. & in addit. Bal. Auth. Adhæc num. 16. C. de usur. se consuluisse contrarium tam in hoc præsupposito, quam in sequenti. Quod apparet in consil. 22. col. 1. & 3. lib. 4. citans in id Inno. Antno. & Panor. in. c. Quia plerique, de immunit. ecclesiarum; & Bald. in Auth. Ad h. ec. C. de usur. oppos.

59 21. Non (inquam) obstat dictum eius. Tum, quia fundat se super præallegatis capitulis, & legibus, quibus est responsum. Tum, quia Innocentius non dixit in dicto capitul. Quia id, quod ei imponunt Bald. & Andr. Sicul. Aliud enim est dicere, illi, qui per illicitam negociationem quæsiuit aliquid, quod non tenetur restituere, consulendum esse, ut id pauperibus distribuat. Quod ille ait in fine, num. 3. Aliud dicere, non teneri emptorem, vel uenditorem ad restituendum id, in quo citra dimidium iusti precii proximum lexit, vel decepit.

Quod

Quod ipse non dicit. Multis enim aliis de causis , quam defectu iusti precii potest esse illicita negotiatio . Puta ex circumstantia personæ , temporis , loci , vrborum superfluorum , & aliis id genus multis , arg. cap. 1. ne cleri , vel monachi . & cap. Decet. de immuni. ecclesi. lib. 6. & similium. II. quod ipsemet Innoc. contrarium videtur tenere in. c. In ciuitate. de usur. & expressius Panor. quicquid imponat ei Andr. Sicul. III.

60 quod etiam ipsemet + Andr. Sicul. dixit in. d. cap. 1. Iohannem ab Annan. quem magnopere laudat , consuluisse contrarium eius , quod ipse responderat , cuius tandem opinioni cedere uidetur . Adde , quod in casu Andr. Sicul. non fuit simplex emptio : sed permixta cum donatione , ut etiam ipsemet ait in d. cons. 21. lib. 4. IIII. quod ipsemet Andr. Sic. nihil aliud affirmat , quam id , quod Saly. in d. Auth. q. 21. Ille autem in ef-

61 festu dicit , + primo peccare cum , qui emit rem minoris , quam ualer ab eo , qui ignorat eam pluris ualere : & e contrario eum , qui uendit rem pluris , quam ualet ei , qui putat eam tanti ualere . Peccare secundo illum , qui rem uendit carius , quam ualeat ei , qui scit quidem uerum eius ualorem : sed pressus aliqua necessitate , vel famis , vel alia emit carius , quo tali necessitatibus succurrat . Peccare tertio illum , qui emit uilius iusto ab eo , qui scit quidem uerum premium : sed necessitate pressus uendit rem uilius , alias non uenditurus . Peccare quartu qui quoquo modo mendaciis , vel alia fraude mouet alium ad uendendam sibi rem uilius , & emendam carius . Non peccare autem in alio. 5. casu , quando s. tam empator , quam uendor nouerunt iustum premium mercis , & nulla necessitate prementie ullū illorum , uendor sponte sua , cessante omni fraude , dolo , & mendacio uendit uilius , quam ualet aut e mptor emit semper Carius quā ualet . Hoc enim casu uideri potest empator donare id , quod adiicit iusto precio , & uendor id , quod illi detrahit , arg. l. Campanus. ff. de oper liber. & l. Cuius per errorem. ff. de regul. iur. V. Perpendendum est , quod Salicetus uir uiique doctissimus nō audet asseuerare etiam hoc casu postremo nō pecari : sed solum ait id uideri sibi saluo meliori consilio . VI. Perpendendum est etiam ; quod Andr. Sicul. in. d. cap. 1. uix audet discedere etiam in hoc casu ab opinione Iohan. ab An-

nania. Et merito. Tum, quia + vendere rem vilius, uel carius emere, non est donare: sed male contrahere, & rem damnosam facere, ut ait Fabianus de Monte de emptio. q. principal. 8. num. 20. & Pantaleo. in. l. 2. C. de rescind. vendit. col. 22. tribuentes id Bal. in. l. Siquis donationis . ff. de contrahend. emptio. ubi tamen nil tale ait: sed in rubri. C. de contrahen. emp. col. 4. Tum, quia in dubio nemo præsumitur donare. l. Cum de indebito . ff. de probat'. Et quod

63 alioqui non esset locus prædictæ. l. 2. quatenus habet, + contrahenti lœso ultra dimidium iusti precii succurrendum esse: cum quilibet præsumatur scire uires patrimonii sui . l. Quis. quis . C. eod. titu. de rescind. vend. Quibus tamen non obstantibus uerum uidetur id, quod Saly. ait. Quoniam contra rium prædictæ determinationis Baldi affirmat idem Bald. in.

64 d. l. 2. num. 8. dicens remedium illius + . l. secundæ cessare in eo, qui sciens verum premium mercis suæ uendidit eam precio minore dimidio iusti. Cui concordat Barr. & Pau. & Pantaleo latè in col. 21. & proculdubio tenendum est, quando in ea concurrerent omnia, quæ in. 5. casu Saliceti concurrunt. Quoniam concurrentia omnium illorum satis conieetur inducere uidetur ad præsumendum animum donandi cius, qui tam sponte patitur talem inæqualitatem.

VII. Perpendendum Calderinum in . d. cap. Naviganti de usur. etiam hunc casum non concessisse expressè, licet aliqui cum facile illi forte non satis perfecto imponant, etiam alios concessissè, ut uidere est apud eum opposit. 3. & . q. 8. Perpendendum postremo, Petrum ab Anch. in regul. Peccatum. de regnl. iur. lib. 6. idem in effectu, quod Saly. tenuisse, ut patet. num. 29. licet aliqui parum cautè illi contrarium imponant, ut etiam tangam in confirmat. ultima nostri collarii.

64 Ex quibus omnibus colligitur, + peccare uidentem mercem carius, quam valeat ei, qui credit rem ualere tanti: uel scient: quidem, sed aliam ob causam, quam donationis, dan ti premium maius iusto, Peccare & e contrario ementem notabiliter uilius, quam merx valet, abeo, qui putat eam non ualere pluris: uel scit quidem valere: sed ob aliam causam, quam dona-

donationis vendit rem vilius.

- 66 Addo his, quod t̄ non solum mortaliter peccatis, qui scien-
ter notabiliter l̄edit, aut decipit proximum sic contrahendo
contra legem diuinam: Sed etiam qui bona fide putans se iu-
stè contrahere, id fecit, si postea cognita veritate id, in quo il-
lum l̄esit, ei non restituat: Quæ communis est conclusio tam
Scoti recepti ab omnibus in. 4. dist. 1. 5. q. 2. quam Diui. Anto-
ni. 2. parte tit. 1. cap. 16. §. 3. recepti a Clauas. Syluest. Caieta.
Tabiens. & aliis rapsodiis: Quam etiam tenent Anton. & Pa-
nor. in cap. Quia plerique. q. 9. de immunit. ecclesiarum, &
Conradus de contractib. q. 1. col. 2. & Adrian. in. fi. 3. art. q.
1. Quodlib. 6. Et omnino tenenda. Tum, quia tutior: Tum,
quia Communis. Tum, quia omnes rationes, quæ probant
præcedens præsuppositum, si dexterè huic applicentur, eam
67 quoque euincunt. Tum, quia t̄ deceptio re ipsa, & dolosa
æquiparantur, nisi quo ad ea, in quibus iura expressè ponunt
differentia n. l. Siquis enī aliter. ff. de ver. oblig. ubi hoc Com-
munis, Post. Paul. in. 1. notabil. affirmat, & nullibi inuenies ex-
pressum illa non æquiparari quo ad effectum obligandi quem
ad restituendum l̄eso, id in quo l̄esit superueniente scientia.

- Non obstat, quod contrarium teneat Franciscus Areti. in.
cap. Cum causa. de testib. quem Antoni. Burgens. in .c. Cum
dilecti. sequitur: eo quod non occurrit ei solutio fundamen-
68 ti Aretin. Tum, quia est doctrina noua. & animarum saluti
periculosa, & occasionem tribuens delinqnendi, ut palam
est: & ideo minimè admittenda, arg. cap. Ex parte. de consue-
tud. l. Conuenire. ff. de past. dotal. Tum, quia parum caute-
fundata, eo solo, quod si præscriptio bona fide completa l̄e-
dens notabiliter proximum excusat a restituendo usucapien-
tem, siue præscribentem, cui mala fides superuenit post eam
impletam, iuxta glo. cap. Vigilanti. de præscrip. communi-
ter receptam: etiam emptio, uel uenditio bona fide comple-
ta, licet notabiliter l̄edat proximum, debet excusare emen-
tem, uel uendentem a restituendo. Parum caute (inquit)
fundat suam openionem Aretinus. Quia quæ ille pu: at simi-
69 lia, longe dissimilia sunt. t Nam usucatio, siue præscriptio
est quidam modus acquirendi non solum toleratus, & impuni-

eus , sed etiam approbatus , & factus actus virtutis : siue uirtuosus a lege tam canonica , quam ciuili . At emptio lœsiua etiam citra dimidium iusti precii nulla lege neque ciuili , neque canonica approbatur , neque permittitur tanquam actus bonus , & uirtuosus : sed solum reliquitur impunitus : ut præscriptio cum mala fide a lege cæsarea . Quod nescio , quare non animaduerterunt illi duo viri alioqui oculatissimi Franci . Are ti . & Anto . Burgensis . Per quod adeo soluitur eorum fundamen tum , ut eo vtens in theatro doctorum merito posset risui haberri : præsertim , si quis assentiretur Conrado dicenti in li . de contractibus . q . 57 . in fin . 5 . conclus . non posse id , quod ipsi aiunt statui legibus humanis tam longe abest , ut id sit statutum canonicis : quorum verus intellectus in fine patebit .

II. præsuppositum scilicet huiusmodi deceptorem seu læsorem non solum peccare : sed etiam teneri ad restituendum .

70



E C V N D O præsuppono huiusmodi decipi entem , & lœdente m non solum peccare lethali ter ita contrahendo : sed etiam teneri ad restitu endum , ut expressè affirmat Tho . in . d . 2 . Sec . q . 77 . ar . 1 . ad . 1 . & Diuus Anton . in . d . 2 . parte tit . 1 . cap . 16 . § . 3 . col . 4 . & Scotus . in . 4 . di . 15 . q . 2 . ubi post alios Gabriel . q . 10 . col . 19 . dicebat hanc esse coniunctam opini onem . Et idem tenet Pan . in . d . cap . Q uia plerique . q . 9 . & . Bar . Veronens . in tracta . de simulat . præsup . 2 . col . 3 . & Antho . Burgens . & ferè omnes supradicti . Quod probatur primo ex eo , quod omnis & iniustitia , & inæqualitas commutationum reducenda est in foro animæ ad iustum æqualitatem , arg . fund amentorum pto . primo præsupposito adductorum . Deinde , 71 quod deceptor ultra dimidium iusti precii tenetur restituere , uel to uero illud , quod deest iusto precio . Nec satis facit restituendo id , per quod præciū crescit ultra dimidiū , secundū Cyn . cōmuniū et recipiū in . d . l . C . de restin . venditio . q . 8 . & hoc nō alia ratione , quam contractus aliter nō reducitur ad iusticiam debi-

- debitam: Ergo etiam decipiens citra dimidium iusti precii te
nebitur ad resarcendum illud usque ad iustum. Postremo,
 73 quod omnis + damnificatio, retentio, & usurpatio rei alienae
prohibetur precepto, de non furando: & est peccatum.
cap. Poenale. 14. q. 5. Quod non tollitur, nisi restituatur abla-
cum, regul. Peccatum. lib. 6. c. Sires aliena. 14. q. 6. At reten-
tio rei emptae precio nobiliter minore iusto contra voluntate
liberam donandi venditoris, est damnificatio, retentio,
vel usurpatio rei alienae contra voluntatem liberam domini: Er-
go peccatum. Inde resultans non tollitur, nisi per restitutionem.
 74 Neque obstant ea, quæ pro contraria parte citari possunt.
Quoniam eodem ferè modo resoluntur, ac illa, quæ contra
primum presuppositum adducta resolutebantur.

III. presuppositum scilicet. Eum, qui tenetur restituere, & non restituit perseverare in peccato.



ERTIO presuppono eos omnes, + qui tenen-
tur ad aliquid restituendum, & id statim; aut
quam citissime possunt non faciunt, inuita par-
te, peccare, nouo peccato, & perseverare in
antiquo. Quæ conclusio est utriusque Tho-
mx. 2. Sec. q. 62. art. final. Thomx, Scoti. & omnium alio-
rum in. 4. distin. 15. & Hostiens. in summa. de poenit. §. fi-
nal. col. penul. versi. Quid si nullam. & Petri ab Ancharr. in
regul. Peccatum. col. 1. de regul. iur. lib. 6. Quare doctissimus
Adrianus orsurus restitutionis materiam eam appellat
cessationem a peccato: & postea col. 3. semper & continuo
agit obligatum ad restituendum, peccare mortaliter quandiu
detinet alienum inuito domino, etiam si non concipiat propo-
situm non restituendi. Quia satis est ad peccandum, detinere
alienum, & non restitnere: + licet non concipiat propo-
situm non restituendi. Quæ omnia etiam alii sentiunt. Hæc
Communis omnium conclusio, etiam si nemo eam affirma-
ret, efficaciter tamen probaretur, eo quod vt ait Thom. in.

d. art. fin. ead. videtur ratio omnium restituendorum; arg.
 cap. final. 14. q. 6. At quod debetur mercenario statim est re
 stituendum, iuxta illud Lievit. 19. Non morabitur opus mer-
 cenarii tui apud te usque ad manū. Deinde probatur, eo
 76 † quod parum differunt quoad peccatum accipere, vel deti-
 nere alienum inuito domino cap. Sæpe de restituit. spoliati.
 At qui capit alienum inuito domino semper, & continuo pec-
 77 cat, Ergo, & qui detinēt. Postremo, quod præceptum † de
 restituendo, licet si affirmatum, includit tamen intra se il-
 lud negatiuum; quo iubemur non detinere alienum. Et præ-
 cepta negativa semper & pro semper, hoc est, quōlibet tēm-
 pore obligant, secundum doctrinam Th. 2. Sec. q. 33. art. 1.
 receptam ab omnibus, & in his ab Archidi. & vtroq; Cardin.
 in.c. Si peccauerit. 2.q. 1. & ab Archi. in summa. de pœn.d. 5.

At præceptum de restituendo est negatiuum, qua parte iu-
 78 bet, non retinere: Ergo semper, & pro semper obligat: † ac
 per consequitionem qui rem restituendam inuito domino
 detinet in dies, & horas, apponit iniuriam super iniuriam
 (ut uerbis Psaltis utar.) Confirmantur hæc omnia per. I.
 In omnibus obligationibus ff. de regul. iuris. quam in hoc ci-
 t at Ricar. in.d. distin. 15. art. 5. q. 4.

Probatio corollarij huius. IX.

79 Ræsuppositis ergo his tribus, scilicet, quod hu-
 iusmodi deceptor peccat mortaliter: & quod te-
 netur ad restituendum: & tandiū perseverat in
 peccato, quandiu detinet alienum. Probo nunc
 hoc nostrum corollarium, scilicet huiusmodi,
 80 de quo agimus, emptorem, & uenditorem etiam si sit laicus
 cogi posse ab ecclesiastico iudice, per uiam saltē denuncia-
 tionis euangelicæ ad satisfaciendum læso. Et primo quidem;
 ac irrefragabiliter sic: † Ecclesiastica potestas cognoscere po-
 test uia denunciationis de quocunque peccato mortali cuius-
 cunque Christiani, etiam puri laici, ad effectum cogendi eum
 per censuras ecclesiasticas ad poenitudinem: ut haber nostrum
 hoc.

hoc. 6. notabile , tam sacris literis , quam rationibus naturali-
bus , & pontificiis satis superque fundatum . At hæc , de qua lo-
quimur , deceptio , & læsio notabilis , siue grauis siue fiat a lai-
co , siue a clero , est peccatum lethale , siue mortale , ut ha-
bet primum præsuppositum supra probatum : Ergo ecclesiasti-
ca potestas poterit de eo cognoscere ad effectum cogendi de-
cipientem ad pœnitudinem : & per consequitionem ad restituendū . &c. Dicat tamen hic aliquis , Concedo ecclesiam
posse cognoscere de tali læsione tali via , in talem finem & ef-
fectum , etiam contra laicum , si is conuentus non excipiat ,
obiicendo actori conuenienti malitiam : conuentum tamen ,
si uult , eam illi obiicere posse , & excipere : ut ipsem ratio-
ne noua confitebar in solutione difficultatis secundæ .

Contra eum , qui sic responderit argumentor . II. & irrefra-
gabiliter quod huiusmodi exceptio malitia & tunc demum
habet locum , quando contra talem læsionem proditum est a
lege civili remedium , per quod illa læsionis iniquitas ad a qui-
tatem reduci potest in foro seculari , ut in . 2. difficultate præ-
dixi . At quando tale remedium non est proditum tunc , sine
uliius eiusmodi exceptionis impedimento coram iudice ec-
clesiastico , potest trahi saltem hac uia , de qua loquimur de-
nunciationis , secundum Innocenti . in . d . cap . Nouit . num . 4.
quem sequitur Hostien . col . 2 . & Ioh . And . etiam col . 2 . & cla-
rius Petrus ab Anch . num . 14 . Quod ipsum dicunt Anton .
Cardinal . & Ioh . And . & Panor . num . 48 . neque est ullus , qui
eis ibi contradicat , licet sint , qui non tangant . Et est commu-
nis opinio approbata , per Bartol . in . Extrauag . Ad reprimen-
dam . uerb . denunciationem . col . 1 . quem - sequitur Fel . in
procœmio Gregor . num . 26 . & in cap . Quæ in ecclesiârum , de
constitut . num . 8 . Pro quibus de multis , quæ adduci possent ,
sufficiat . cap . fin . de præscriptio , adiuncta . l . Sicut , & . l . Om-
nes . C . de præscriptio . 30 . uel . 40 . annorum . Per quæ proba-
tur legibus ciuilibus non esse proditum & remedium contra
usucipientem , siue præscribentem cum mala fide . Et ideo
procedi posse ab ecclesia etiam contra laicum , saltem per
uiam denunciationis , ut copiosè scribit Panor . in illo cap . fi-
nal . num . 22 . de præscript . & Ioh . Imol . col . 6 . uersicul . Ex

84 hoc infertur. Sic etiam quia contra usurarios , saltem usque ad certain quantitatem non erat proditum remedium a lege Romana , quæ illas permittebat. I. Eos. C. de usur. poterant in dubio trahi etiam laici ad iudicem ecclesiasticum maximè per viam denunciationis , quo pœnitere ac per consequitionem restituere cogerentur usuras extortas cap. Quid dicam. 14. q. 4. & . 13. q. 3. per totam &c. Quia in omnibus . de usur. & Cle. 1. eo. tit. Alia sunt id genus multa , quæ congerit Petrus ab Ancharr. in regul. Peccatum. col. 1. de regul. iur. lib. 6.

85 Cum ergo t lœsio , & deceptio , de qua loquimur sit peccatum lethal , quando est notabilis disparitas precii , & mercis , ut probatum est in primo præsupposito , & super eo nullum est remedium agendi coram iudice seculari , neque secundum leges Imperiales , neque secundum regias : licet hæ copiosius quam illæ subueniant , ut uidere est in tit. 30. lib. 4. ordina. adiuncta. I. 2. C. de rescind. vendi , & annotatur in cap. Cum dilecti . & in cap. Cum causa . de emptio . & venditio . necessario consequitur posse lœsum recurrere super eo ad iudicem ecclesiasticum etiam contra laicum .

86 III. & quidem neruissimè facit , quod eiusdem + venditor lœsus , non solum potest recurrere ad iudicem ecclesiasticum : sed etiam videretur teneri , vel ad remittendum debitum , vel ad

87 recurrendum sub pœna peccati . Quia t omnis Christianus tenetur corripere proximum , quem videt perseverantem in aliquo peccato lethali , & si semel ac iterum monitus non se emendauerit , tenetur eum denunciare ecclesię , iuxta præceptum domini , de nos mutuo corripendo , datum Matthæi. 18. insertum huic cap. & capit. Si peccauerit. 2. q. 1. & declara tium vitrobie , ac in 4. Sententiarum distin. 19. & per vtrum que Tho. 2. Sec. q. 33. & , ni fallor , ut ilius ad usum , & profundius ad disputandum per nos in 4. & . 5. notabilibus superius collectis , & commento d. cap. Si peccauerit reseruatis. At omnis venditor huiusmodi , qui vendidit rem emptori credenti , vel credere debenti eam multo pluris valere , uidetur non solum peccasse lethaliter , sive mortaliter , iuxta dicta in. 1. præsupposito : sed etiam perseverare in eo , non restituendo , iuxta dicta in. 2. & . 3. præsupposito Ergo uel debet ei donare , quod debet

debet, uel cum monere semel ac iterum, & si non fuerit auditus, denunciare illius peccatum, & persecuerantiam ecclesie.

88 Maximè quia tis uenditor, magis, quam alii tenetur ad hanc monitionem, & denunciationem. Tum, quia certius nouit peccatum eius, & persecuerantiam, quam alii. Tum, quia alii forte putant eum liberè, ac gratis donasse emptori eam partem, qua pretium merx superabat. Tum, quia in ipsum peccat emptor non solum, sicut in alios nocendo ei spiritualiter malo exemplo: sed etiam temporaliter damnificando, ut palam est. Et quando sunt multi, t qui possunt corripi

89 re, ille primo loco ad id tenetur, qui magis est ad id obligatus, iuxta communem sententiam in locis prædictis receptam.

III. Facit, quod hanc conclusionem sentiunt omnes, qui affirmant peccare lethaliiter huiusmodi deceptorem, uel læsorem: affirmant autem id ferè omnes, ut in primo præsupposto est dictum. Quod ideo uidentur non expressisse: Quia doctissimis, eisdemque pientissimis uiris superfluum videbatur id exprimere, clamante euangelio, clamantibus conciliis, & Rom. pontificibus, clamantibus Augustino, Hieronymo, Ambrosio, Gregorio cum omnibus, tam nouis, quam antiquis doctoribus: t omnes, qui persecuerant in peccato lethali corripi posse, ac debere: & si correpti non se correxerint denunciari ecclesie, & eam non solum posse, sed etiam debere censura ecclesiastica castigare, si denunciati, ac blande moniti se non emendauerint. Non desunt autem qui etiam hoc expresserunt: Id enim facit t Iacobus Almaynus doctorum ætatis suæ Parisiensium cum primis doctiis, ne dicam doctissimus in prædicta. d. 15. q. 2. col. 52. Non obstantibus legibus, & capitulis contra hoc facientibus, quæ ibi citat, idē repetit, & clarus in lib. de authoritate ecclesie. cap. col. pen. & in questione, quam vesperiarum uocant, col. 12. & Panormit. canonum interpretum facile princeps, in cap. In ciuitate, de usur. nu. 6. expressè ait Iacum posse conueniri in foro ecclesiastico super hac læsione: & pôdera ipsum sentire, quod non solum via denunciationis: sed et alia recta, & directa potest hoc fieri: Et in cap. Cum causa de testi, n. 4. presupponit, contra talēm lædenter posse procedi in foro contentioso canoni-

- nonico, quando peccat. Grauissimus item author. Ioh. ab Annania in illo eod. capitulo, In ciuitate, num. 8. de huiusmodi deceptione ait se indubitanter credere hoc non licere in foro animæ, conscientiæ, & sic nec in foro canonico. In quibus verbis pondera verbum foro canonico, & num. 9. subiicit
91. tementi rem pluris, quam valet non solum dari in foro canonico officium iudicis, ad repetendum solutum: sed etiam, imo multo magis, ad solutionem impediendam, argui cap. Quemadmodum, cum simil. de iureiur. Calderinus etiam in repet. c. Nauiganti, de usur. col. 4. expresse dicit in foro canonico posse agi contra illum, qui sciens iustum rei premium minoris emit ab eo, qui credebat rē non ualere pluris. Cōtra eum item qui carius vendit ei, qui credebat rem valere tanti. Nec enim, inquit, est credendum, quod ius canonicum, quod a Spiritu sancto processit cap. Si quis diaconus. 50. distin. decipientem, uel dolum approbaret. Idem tenet Petrus ab Ancharr. in repet. cap. Pecatum. de regul. iur. lib. 6. quatenus, nu.
 21. concludit in effectu tunc demum licere prædictam læ-
92. sionem citra dimidium iusti præcii, sine ullo remedio, cum uterque tam emptor. quam vendor scit illud: & interuenit præsumptio liberè donandi excessum: Non autem cum sit ob aliquam causam, quæ tollat præsumptionem liberæ voluntatis donandi: puta ob famem suam, vel famijæ luxæ, aut vt se, vel suos redimat a captiuitate, uel ut uicinum rixosum e uicia tollat, uel ob aliam similem. Quia tunc læsus etiam citra dimidium posset petere saltem in foro canonico, ut illa inæqualitas ad æquitatem reducatur. Idem tenet etiam expresse
93. t Dominicus Sotus uir eruditione singulari in lib. de ratio. tegend. membro secundo. q. 3. pagin. 3.
 V. Facit quod nullum mouere debet id, quod ait Pantaleo in dicta. l. 2. col. 3. scilicet Bal. dicere in Authen. Ad hæc. C. de usur. col. penul. uersicul. Insuper. qui est. num. 16. mercatores vendentes sagacibus, & astutis non posse conueniri per denunciationem euangelicam. Tum, quia Bald. nihil ibi ait de tali denunciatione, nec de astutis, & sagacibus. Tum, quia Innocen. cuius ille autoritate mouetur, non ait illud. Tum, quia ratio, quæ in nostro libro tam antiquo, quam

quam nouo, mouet Bald. ad dicendum, 'mercatores carius, quam par est, uidentes non teneri ad restitutionem, falsa est scilicet, quia inquit accusatio debet sequi sensum, non est peccatum iure naturæ. Nam multa sunt peccata: quæ comprehendendi nequeunt etiam indirecte sensibus. Et peccatum carius vendendi comprehendendi porest saltem indirecte sensu: Et nec ipse, nec aliis potest negare peccatum læsoris ultra dimidium iusti precii posse in iudicium etiam seculare deduci. Quod tamen non potest aliter cadere in sensum, quam posset peccatum læsionis citra dimidium. Ex scriptis autem Andr.

97 Sicul. coniicio + viciatum esse Bal. & pro, accusatio debet sequi sensum, legendum esse, cum acquisitio habeat consensum: sed etiam secundum hanc litteram est inepta. Nam etiam usuræ habent consensum, & tamen sunt contra legem naturæ, secundum Tho. receptum. 2. Sec. q. 68. artic. 1. ad. 3. Deni-

98 que ideo neminem deber mouere in contrarium illud Pantaleonis dictum. Quia id uerum est in eius terminis: cum scilicet venditio sit sagacibus, & astutis, & ita scientibus ualorem iustum, & saltem tacite donantibus, ut in fine primi presuppositi dicebam. Addo, quod Pantaleo nobiscum sentit. Siquidem aperte iudicat succurrentum esse taliter Ixso, si non esset astutus, neque sagax, & quia id nulla ratione alia defendi posset, quam quia eiusmodi personæ non videntur læse causa donandi: sed facilitatis: consequitur locū esse denunciatio nivbicumque læsio talis alia de causa, quam donandi continget.

VI. cum, qui adeo saxeus est, ut hæc non mouerint, terre at saltem illud doctissimi Carlerii probatum a Iacobo Almay. de potest. eccles. cap. 11. & supra in corol. 2. huius norabilis 100 a nobis limatum scilicet, quod asserere iudicē ecclesiasticum non posse cogere laicum ad soluendum debitum, quod certificari potest, vel ad cedendum bonis, est errare in 101 materia clauium. Terreat item hæresim esse + contrarium huius. 6. notabilis, ut in d. corol. 2. habetur, & ex notabili nostro necessario inferri hoc nostrum corollarium: & per consequitionem illius contrarium, aut hæresim esse, aut eam manifeste sapere.

Postre-

Postremo fleat in hoc maiestatem , clementiam , & benignitatem regiam eiusque proceres , quod vicium hic carius , quam par est , vendendi egentibus , & vilius iusto emendi ab eisdem , præterim immobilia tam durum substitutum , & vicarium agit uicii foenerandi . quod latius hodie hoc regnat ,
 102 quam olim illud : crudelius sœvit in pauperes : occultius illorum sanguinem fugit , & in extremam paupertatem , desperatione inque miseros adigit , & efficiat animas plurium diuitum æternis cruciatibus obligat . Regnat (inquam) latius . Quia imperat non solum Lusitanæ toti , & Castellæ : sed etiam reliquæ Hispaniæ , ac Galliæ simul , & toti reliquo Christiano orbi , ynde foenerandi vitium exulat . Quod autem crudelius sœvit ex eo colligitur , quod per huiusmodi emptiones , venditiones , & locationes circa dimidium iniquas , nostra ætate frequenter a cuius uis ordinis diuitibus lucri fiunt annua triginta , & eo ampullius pro centum : Cum tamen per usurpas anti quas solum possent lucri fieri pro centum 4. ab illustribus . 6. ab aliis , qui non essent mercatores . 8. a mercatoribus terra , & 12. mari , iuxta l. Eos . C. de usur . secundum illam nouam eandemque ueram interpretationem Hermolai Barbari relatam , & pulchre probatam a Bartolom . Socy . in . l . 3 . § . final . ff . ad l . falcid . quem sequitur Alciat . lib . 3 . dispunctio cap . 3 . omis sa expositione gloss . l . Centesimus . ff . de verb . oblig . & aliis : quos omnes efficaciter confutabat Paulus Castrens . in . d . l . 3 . § . final . Quod autem per huiusmodi contractus aliquando pro centum lucri fiunt . 30 . patet ex eo , quod passim videas prædium ualens ducentis emi centum , & uno , & mox illud locari venditori . 30 . & pluribus annuis , cum læsio ne circa dimidium iusti præcii . Quoniam ex prædio valente ducentis fastis aptè culto redeunt , ut plurimum , ad rectè conlentem plures , quam 20 . & ideo locatio facta . 30 . & aliquot pluribus non excedit dimidium iusti precii . Quod autem occultius pauperum sanguinem sugat , colligas ex eo , quod sub specie honesti , & beneficentiae , iustique contractus , ueluti ex insidiis aggrediens , plus torquet eos , & plus exigit ab eis . Quod autem animas plurium diuitum efficacius æternis cruciatibus obliget eo sit palam , quod eo periculosis dicitur morbus , quo

quo est ignotior , & occultior , & minus medicis , medicinis-
que paret . Si ergo vsl:æ uicium appellatur vorago animas de-
uorans , & facultates exhauiens cap. 1. de usur. lib. 6. obid-
que omnibus legibus etiam , ciuil:bus regum Christianorum
omnium exploditur : Quare hoc vicium inique commutan-
di tam palam substitutum , & vicarium eius , & peius eo non
exploditur , & tanquam pestis animarum , & fortunarum non
vitatur , non fugatur , non confunditur ?

Confutatio.



Onfirmato nostro , quod iustum , sanctum , & rei-
publicæ utilissimum est , corollario , castra des-
iderantium potius , quam probatum contrarium
cuertamus . Quod ut aptius fiat , quam maxi-
mum illi colligere possunt exercitum in aciem
producamus . Colligere possent primo , nouitates esse fu-
giendas , & hoc nouum , & insolitum esse . II. iurisdictio-
nem regiam hoc modo maximè diminutum iri . III. Per hoc
dari uiam , qua omnes causæ fori secularis trahantur , trahi-
ue possint ad ecclesiasticum . IIII. consequi hoc , eundem re-
um trahi posse ad duo fora super eodem peccato , & utrobi-
que puniri . V. tam canonicas , quam ciuiles scilicet , obuiare
huic corollario : Nempe cap. Cum dilecti . & cap. Cum causa.
de emptio . & l. z. C. de rescin. vendi . VI. vsl:capiones , & præ-
scriptiones , bona fide completas non videri permisiores , quā
huiusmodi emptiones , & uenditiones : & constare illas , etiam
in foro conscientia seruandas , secundum Communem . VII.
diuites multos deturbatum iri quiete sua & suis quæ inique
emerunt prædiis , si corollarium hoc teneatur . VIII. non posse
notorium esse hoc peccatum , nec per consequitionem spe-
ciare ad ecclesiasticum . IX. multas lites nocere reipublicæ ,
& hoc corolla plurimas paritulum .

Ecce totum , qui contra nos confici potest , exercitum . Q uō
tamen quis uel mediocriter doctus timeat ? Quis non eum fortis
animo excipiat , & fugeret ? Ad primū igitur horū respōdeo primo .
negando .

negando , noua omnia esse reprobanda , ut negandum est , n̄ si reprobare velis plurima , quę rex , & dominus noster Iohannes huius nominis tertius pro maxima sua sapientia , & religione in h̄c sua regnā inuexit nouissima : sed optima . Nisi etiam velis reprobare euangelium Christi sanctissimum , quod renouauit in numera , quorum de numero fuit potestas & necessitas , de qua agimus corripiendi fratrem , ac denunciandi eum ecclesīe , si se non emendaret , Matthæi . 18. Deinde respon-
 104 deo concedendo , t̄ nouitates quidem in utiles , & contra sacras scripturas , & sacros canones non esse inducendas cap. Quis nesciat . 11 . dist. c. Cum consuetudinis de consuetudine Ne gando tamen hanc esse talem . Tum , quia plurimum confert animarum saluti , que omnibus rebus anteponenda est . I. Sancimus . C. ad . I. Iul. repet. transplantata in cap. Sancimus . 1. q. 7. plurimum pauperum vilitati , & indemnitate , ad quam hortatur nos Psalmus ille regius : Beatus vir , qui intelligit super egenum , & pauperem , in die mala liberabitur eum dominus . Tum , quia tam longe abest , ut hoc sit contra canones , aut sacras literas , ut de illarum medio sit haustum . Tertio respondeo hoc non esse nouum , sed antiquum institutum , non cuiusvis regis , uel Imperatoris : sed Regis regum , & domini dominantium Christi Iesu Domini Dei nostri , ut in . 4. notab. supra monstrabam : Tale , inquam institutum , quod nulla humana lege scripta , & nullo usu , nec abusu tolli potest , arg. cap. fin. de consuetudine , & c. c. Sunt quidam . 25. q. 1.

Ad . 2. respondeo demirari me solitum illos , qui clamant ob-
 105 hoc minui jurisdictionem regiam . Tū , quia cognoscere de aliqua re , an sit peccatum , & gratiæ coelestis impeditiuum , & cogere quem ad illius pœnitudinem ad nullam potestatem secularem pertinet , secundum omnes : & ea , que tetigimus in corol . 7. huius naturalis . 6. & in corol . 17. not . 3. Quia hoc negotiū spirituale est , terminandū non legibus humanis , non ēt sola naturali : sed supernaturali diuinitus in utroque testamento : maxime uero nouo reuelata . Tum , quia licet ecclesiastica potestas huius rei cognitionem omittat , nihil magis tamen eam regia capere potest . quandoquidem secundum eius leges regias hu-
 iusmodi

iūsmodi emptiones impunes sunt . & tolerantur , sicut secundum leges Imperiales , ut in . 2. arg. pro nostra conclusione sāto monstrabatur .

Ad . 1. negamus ullam causam fori secularis trahi ob hoc ad ecclesiasticum , ut latè in . 2. difficultatis solutione diximus .

Ad . 4. respondeo primo negando ex hoc corol. inferri posse quem ad duo fora trahi super eodem peccato , & utrobiq;
106 puniri . Quia id , de quo loquimur peccatum scilicet t̄ lexio , & deceptio , citra dimidium non est crimen ciuale , nec super eo quis in foro seculari puniri potest ut palam est . II . respondeo non esse contra iura , vt unus & idem super eodem cri
mine ad duo fora trahatur , quando illud ob uarios respectus
esset uarii fori . Nam castigatus a laico iudice ob vulnus illatum in ecclesia , quatenus erat solum vulnus , & crimen laicū , castigari potest ab ecclesiastico , quatenus est sacrilegium , secundum Communem , secundum quam absolutus , vel castigatus in altero foro castigari potest etiam iterum in alte
ro regulariter , quando ob uarios respectus crimen est utrius
que fori , ut uidere est apud Fel . & citatos ab eo in cap . De
his · de accusa . num . 13 . Adde , quod nemo negabit eum , qui
107 t̄ occidisset aliquem , & ob id punitus esset etiam iuste ci
tra mortem tamen , a iudice seculari , peccati autem non po
niteret : imo diceret placere sibi plurimum id fecisse , posse cor
ripi , fraterna correptione , & si non se correxerit , denunciari
ecclesiæ : et si ab ea monitum non poeniteret , ob contumaciam excommunicari : Quoniam secularis iudex puniuit eum
ob homicidium , quatenus illud erat crimen ciuale offendens proximum , & rem publicam ; Ecclesiasticus autem quatenus
est offenduum Dei , & impedituum vitæ æternæ , & quatenus
adhuc durat per impenitentiam illam , & contumaciam impe
dientem uitam spiritualem , & æternam . Q uod lex ciuilis , ne c
curat , nec punit , nisi in aliam proximi offendam extendatur .
Quamquam hæc ad redundantiam dicuntur : cum id , de quo
agimus peccatum , non sit crimen merè seculare , nec mixti fo
ri : & ita nec punibile , secundum leges ciuiles . sed solum se
cundum diuinas , & ecclesiasticas .

Ad . V. quod multis uidetur Achiles : mihi autem vix Ther
sites ,

sites, respondeo, t quod. l. 2. C. de rescin. v. ed. &c. Cum dilecti. &c. Cū causa de emptio. nihil pénitus obstant, Nō primo lex illa. 2. non enim approbat tanquam iustum, emptionē, & venditionē cum t ali lēsione factā: sed tolerat eo modo, quo præscripciones cū malafide introductas author codicis, in quo illa lex sita est tolerabat, non dando ullam actionem, uel remedium ciuile læso, imo tollendo quod alias per legem ipsam ciuilem cōpetere poterat. Quæ est sententia Thomæ, & ferè omniū theologorum, & canonum peritorum, ut dictum extitit in fine primi præsuppositi: non tamen tollit remedium denunciationis euangelicæ, quod euangelica, & diuina lex ei tribuit, ut supradictum est: quia noluit tollere, nec si maximè uoluisset potuisse, arg. cap. Sunt quidam. 25. q. 1. Sicut etiam, secundum communem opinionem pro pacto nudo leges illius librinon dant ullum remedium, neque ullam actionem regula riter. l. Legem, l. In honore fidei l. Petens. C. de pactis. Non tamen tollunt, nec tollere potuerunt obligationem, & remedium a lege diuina inductum iuxta ea, quæ latius annotantur in cap. de pactis:

Minus obstant t prædicta cap. Cum dilecti. & Cum causa. de emptio. Tum, quia nihil plus saltem faciunt contra nos, quam lex illa. 2. C. de rescind. vend. & ita pari facilitate, qua illa refelli possunt. Tum, quia illa duo capitula nihil statuunt de emptione, uel uenditione facta precio minore iusto citra dimidium: sed de facta minore ultra dimidium, ut palam ex eorum lectione patet. Tum, quia cap. Cum dilecti. nihil noui disponit: sed solum declarat: & declarat id, quod nihil facit ad propositum scilicet iniquam esse sententiam, per quam condemnatur emptor rei minore precio ultra dimidium ad restituendam rem simpliciter: quia debet condemnari alternatiue ad hoc, uel si malit ad suplendum iustum premium. Quid te rogo habet hoc contra nos? Tum, quia imo illud cap. singulatiter probat nostram conclusionem, quatenus habet illa uerba: salua questione canonicis super deceptione, quæ generliter permitunt remedium super deceptione, non distinguendo inter deceptionem ultra vel citra dimidium. Neque plus obstat, q. cap. Cum causa. Tum, quia non loquitur de emptione, uel

ne , vel venditione facta precio minore iusto citra dimidium ; sed de minore vltra dimidium. Tum, quia nihil noui disponit : sed solum habet ciues illos Viteruienses, qui rem ecclesię emerunt minoris vltra dimidium teneri alter natiae , vel ad restituendam rem emptam, vel ad supplendum iustum premium. In quo te rogo, est hoc contra nostram conclusionem ? Et ne dicas catenus contra nos facere , quatenus innuità contrario sensu, quod si non constituissest de lèxione vltra dimidium non condemnasset eos: cōsidera primo, quod non colligitur hoc tam amplū ex illo contrario sensu : sed solum , quod non condemnasset eos in illo iudicio , in quo agebatur remedio illius. l. 2. quod non competere lèxo citra dimidium plane fatemur ; Sed negamus eum non posse vti remedio legis
109 naturalis, & euangelicæ. Considera .2. quod t̄ argumen tum à contrario sensu ineficax' est, cum desumitur ad probandum id, cuius contrarium est expressum in iure c. A nobis 2. de sententia excom. & glo. communiter recepta in c. Significasti. de for. comp. At contrarium est expressum in iure in c. 1. de emptio. & in regul. locupletari non debet quis cum aliena iactura. de regul. iur. li. 6. Imo etiam in d.c. Cum dilecti.inducto , vt paulo ante inducebam . Considera 3. quod licet lege humana nō esset expressum contrarium: est tamen lege naturali. l. Iure naturæ æquum est neminem cum aliena iactura fieri locupletiorem ff. de reg. iur. Considera 4. quod author illius decretalis , neq; per somnium cogitauit tollere remedium legis euangelicæ, per eiusmodi argumentum à contrario sensu, quod aliquando quidem fortissimum est, vt ait l. 1. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdictio . In proposito autem per omnes has considerationes fragilimum , & risu pène dignum .
110 Ad 6. nego vñucapiones, & præscriptiones bona fide cōpletas non esse permisiores , quam emptiones iniquæ citra dimidium, vt diximus supra in fine primi præsuppositi . Illæ enim non solum permittuntur ab vtroque iure : sed etiam approbantur tanquam modi, iusti, sancti, & utiles querendi dominium : Emptio vero iniqua citra dimidiū

permittitur a sola lege ciuili, permissione tantum tollerantia, denegando remedium ciuile taliter læso: non autem permissione approbationis, & laudationis, ut ex mente fere omnium dictum fuit in primo presupposito. A iure uero pontificio neutro modo permittitur, nisi quis per auarorū somnia putet cōstitui iura pōtificia: Et licet cōcederemus (quod ipse nunquā faciā) etiam per iura canonica permitti huiusmodi læsionē eo modo permissionis tollerantiae, quo permittitur iure cæsareo. ita. s. qđ denegat læso remedia iuris humani, & canonici: certe nullatenus concedi pōt, per ea tolli remedium legis euangelicę, Itaque dato, quod sic læsus neque actionem, neque officium iudicis (quod pro actione solet dari) haberet, certe habebit denunciationis remedium inductum ab ipso Christo summo legislatore, in delebile per ullam puri hominis legem, siue cæsaream, siue canonicam.

Ad. VII. respondeo, concedendo aliquot diuitibus hoc displiciturum, & pacem aliquorum auarorum turbatum iri: dummodo uicissim fateare, quam plurimis pauperibus oppressis (quorum sanguis diuitum labris suctus in cælum clamat) placitum: dum item fateare esse pacem bonam, & pacem malam, cum Tho. recepto. 2. Sec. q. 29. ar. 2. ad 3. Et pacem quidem bonam, quę cum uiuitibus est, seruandam, colendam, & suspiciendam, iuxta illud Christi: pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Io. 14. Pacem autem, quę cum uiciis est, (qualis in nostro casu cum auaritia) uiolandam, & deturbandam esse, iuxta illud eiusdem Matthæi 10. Non ueni mittere pacem: sed gladium.

Ad. VIII. respondeo primo negando, quod nunquam possit esse notoria huiusmodi læsio. Effet enim quis si, cāpū notorie ualentem 20. millibus, quem multi uellent emere, uenderet notorie 11. millibus, protestatus se id facere, 112. sine animo quicquam donandi. Deinde respondeo negando id, quod præsupponit argumentum s. t oportere crimen esse notoriū, ut de illo iudex ecclesiasticus ad esse cū, de quo agimus uidelicet poenitentiā, cognoscere possit inter

inter laicos. Tum , quia id nunquam inuenitur cautum .
 Tum quia contrarium probatur etiam in casu ipso huius
 c. Ut latius habetur supra eo notabili corol. 3. Et omnes
 sribentes post Innocenti . hic , & Bartol. in d. Extraug.
 Ad reprimendam . uerb. denunciationem . & palam collig-
 gitur ex citatis per Felin. in cap. Cum sit num. 16. de for.
 comp. Tum , quia non est speciale in notoriis , ut iudex
 ecclesiasticus possit cognoscere de his, per uiam denuncia-
 tionis ad effectum poenitendi : sed quod possit procedere
 etiam uia recta ad effectum puniendi , ut declarat Panor.
 in cap. fin. de sepul. per illum tex. in hoc memorabilem .
 113 qui loquitur t de homicidio : dummodo statim commis-
 so notorio crimine non acceleret ad id ecclesiasticus , sed
 spectet negligentiam laici , ut limitauit Felin. in d. cap.
 Cum sit de for. compet. num. 16. & Steph. de potestat eccl.
 super laicis casu 30. Tum enim , quia iudex laicus me-
 rito negligens dicitur , poterit ecclesiasticus cognoscere
 etiam ad effectum puniendi.

Ad ultimum concedo lictum uiciosarum & ex auaritia ,
 uel fraude naſcentium motum nocere reipub. modo tu
 quoque uicissim fateare , summum in rebus bonum esse ,
 iustitiam colere , sua cuique iura tribuere , cum Gregor.
 in cap. Si seculi 12. q. 2. Et expedire reipubli. criminum
 punitionem . I. Ita uulneratus . ff. ad I. Aquil. cap. ut famæ. de
 senten. excom. & saluti animarum peccantium necessariam
 esse poenitentiam cap. Firmissime. 15. q. 1. Cum ergo lites
 hæ, quæ coram episcopo nostro reuerendissimo, super hoc
 articulo mouentur non sint uicioſæ, non fraudulentæ, non
 filiæ auaritiae : sed misericordiæ, ac pietatis , Cum per eas
 pauperes leuentur, eorum oppressores arceantur, animæ
 captiuae redimantur, æqualitas sancta in commutationi
 bus introducatur, laudandæ sunt & louendæ, imo & qua
 fieri potest iuuandæ.

X. Siue epilogus noni.

Concludamus ergo primo non esse locum remedio.
 I. 2. C. de rescind. uendit. contra huiusmodi ementes,
 uel uendentes cum læſione notabili , citra tamen dimi-

dium iusti precii. Non item dari regulariter contra eos actionem , neque officium Iudicis , neque ullum aliud remedium per leges cæsareas , neque in his regnis per regias : & ideo eos non peccare in hoc peccatum ullum seculare , vel mixti fori , iuxta diffinitiones eorum supra in corol. 7. traditas : Nihilominus peccare tamen eos contra legem Dei non solum scienter ita contrahendo : sed etiam post contractum ita ignoranter factum , non reducendo illum ad æqualitatem iustum. Et ideo etiam si sint laici coripi posse , debereque correptione fraterna : & si correpti non se emendarint , denunciari ecclesiasticae protestati : quæ , si se blande monentem non audierint , poterit per censuram ecclesiasticam eos compellere principa liter ad pœnitendum : & per consequutionem ad satisfaciendum parti lœsæ , iuxta regulas denunciationis euangelicæ judicialis , vel mixtæ . Concludamus secundo mēti juris pontificii , & sanctitati eius conuenire id , quod Panor. & Iohan. ab Anna. supra relati cum aliquot aliis putant , scilicet recta via , & sine ambagibus via denunciationis euangelicæ competere officium Iudicis contra huiusmodi contractores in foro ecclesiastico : quando , & quoties nullum remedium præstat eis seculare . Concludamus & tertio tolerari quidem posse illum , qui negarit tale officium competere in tales contractores (quamuis mea sententia inique opinentur) non tamen eum , qui viam denunciationis euangelicæ omnino negaret . Quippe qui clauibus ecclesiæ derogare videretur. X1.

114 Infertur laicum , qui † contrahendo ultra dimidium dicatur proximum lœsisse , obidque peccasse , ac quia non restituit in peccato perseuerare , trahi quidem posse hac ratione ed ecclesiasticum Iudicem : non tamen ita efficaciter , ac qui circa dimidium iusti precii : sed notabiliter fertur id fecisse .

Quoniam hoc posteriore casu nullatenus poterit declinare forum : priore verò sic , modo in 2. diffic. supra eod. not. n. 18. prædicto. An autem conuentus remedio d.l. 2. C.de rescin.vend. quando nolens supplere precium rem ipsam

ipsam cogitur restituere, teneatur id facere cum fructibus:
& an idem sit in omni restitutione iure debita, & non
115 gratiosa, tractavit † doctissimus Doctor Emanuel à Co-
sta in illo cum primis subtili, docto, & elaborato com-
mento §. Et quid si tantum . in 2. parte num. 71. & conse-
quen. ff. de lib. & posthu.

XII.

116 Consequitur tandem † sapientissime, ac Christianis-
sime sue reipublicæ consulturum regem, & dominum no-
strum , si aliqua lege , sua religione , & sapientia digna,
occurerit huic pesti tam dire in animas diuitum , & pau-
perum patrimoniola sœuenti : qua lata, & à viris integris
executioni mandata leuaretur ecclesiastica potestas ne-
cessitate occurendi ei , ne grassaretur inter laicos : & lai-
ci laica potestate acrius ab hoc vicio arcerentur .

A quo & omnibus aliis vinam diuina ope a-

deo abhorreamus omnes tā laici , quam

clericī , vt exemplo diuorum Cor-

nelii & Cypriani (quibus hic

dies sacer est) malimus

decies moitem cor

porum oppo-

tere tēpo-

rariam,

quam cuiquam illorū vel consen-

tiendo animo:ū comme

reri eternam .

Amen .

INDEX LOCVPLES IN QVO

Rub.Rubricam,N.Notabile,& n.numerum designat.

A



- BIVRARE de leni, & uehementi ut differunt in Rub. n. 45
Accusator filius est infamia, evidentia, & tale, & tale illis,
quoad hoc equipollens in Rub. n. 82
Accusatore non probante reum absolui debere legis uidetur
naturæ, in Rub. n. 55
Actus agentium non operatur ultra mentem eorum, in Rub. n. 74
Adulterio uxor perdit dotem, sed non eius preparatorijs quælicet sint pec-
cata mortifera, non æquantur illi n. 8. licet ex eis cum alijs circumstan-
tijis presumatur illud, in Rub. n. 9
Aequitas siue episcœcia quid, & an sit circa legem naturalem, in Rub. n. 71
Aequitas an duplex, limitans & extendens cum nouissima quadam confide-
ratione, in Rub. n. 72
Aequitas siue episcœcia, An excludat omnes casus, in quibus ratio legis de-
ficit, licet ea in illis absque peccato seruari possit in Rub. n. 71
Aetas nulla sera ad discendum. N. 2. n. 2
Augustini scholiastes multa simul errat. N. 3. n. 164
Author mutauit contra communem. N. 3. n. 21
Aloisius Lipomanus laudatus. N. 3. n. 155
Aluari pelagi error N. 3. n. 59
Ambrosius de Theodosii peccato cognovit. N. 6. n. 4
Andreas Alciatus laudatus. N. 3. n. 59
Andreas Siculus reprobat. N. 6. n. 59. Et sibi contrarius. N. 60
Angelorum familiaritas quid præsagiat. N. 2. n. 31
Anima Christi omnia nonit etiam preterita, & futura. N. 2. n. 2. Et possi-
bilia, que non sunt, nec erunt, nec fuerunt, ibidem n. 21. Et ita omnia,
que Deus, licet non a que perfette, ibidem n. 22
Anima ut finis corporis: ita spiritualia temporalium. N. 3. n. 17
Annexum alicui non est idem, quod illud in specie, sed potest esse in genere,
in Rub. n. 20
Anzon. a Rosel. unus error. N. 3. n. 65. Alter n. seq..
Appellari potest a Iudice male arbitrante aliquid esse infamiam uel ei equi-
pollere in Rub. n. 82
Appellatur a mandato de capiendo etiam post Concil. Trident. quia eius gra-
uamen non est reparabile per dissimilitudinem, in Rub. n. 83

Astro-

Index.

Astrologia non prohibita contra Dec. N. 2. n. 17.

Astrologi qui fugandi. N. 2. n. 16

Aretini sententia periculosa. N. 6. n. 68. Et male fundata, ibidem n. 69

Argumentum a contrario non ualeat &c. N. 3. n. 122. & N. 6. n. 109

Argumenta octo ad probandum quod reus cogi possit respondere sine indi-
tijs, in Rub. n. 57

Argumentum a requisito ad inquirendum, ad requisitum, ad torquendum,
ut ualeat in Rub. n. 65

Argumentum de preparatorio ad preparatum non ualere simpliciter, in
Rub. nu 4. & ut potest ualere. n. 7

Aristoteles summus in omni scientia uir. N. 2. n. 7

Ars altioris finis iudicat de fine inferioris. N. 3. n. 16

Author huic editioni iam pridem aeditus quid nonne addit, in Rub. n. 1.

B

Baldi error unus. N. 3. n. 52 alter n. 55

Bartoli error. N. 3. n. 40

Bellū ex utraque parte pro iusto frequenter haberi, in Rub. n. 103
& sub fin.

Benedicit qui maior benedicto. N. 3. n. 23

Benedictio Papæ non efficit regem lege diuina. N. 3. n. 131.

C

Canones contrarios, non esse sacras literas. N. 3. n. 44

Canones posse in hoc citari, licet leges ne requirent. N. 3. n. 45

Carolus Magnus & Endouicus ins eligendi Papam sibi conces-
sum sponte renuncianerunt. in Rub. n. 70

Carceri non facile macipandos esse omnes praesertim honoratos, in Rub. n. 83

Causa criminalis quare interdum uocatur pecuniaria, in Rub. n. 36

Causa finali tota cessante cessat lex, in Rub. n. 74.

Causa augendi uel minuendi pœnam duplex, intrinseca & extrinseca, in
Rub. n. 99

Causa probabiliter putata iusta non ieunandi, excusat a mortali etiam si
nere non sit talis, in Rub. n. 74

Cesar Augu. Christi uicarius. N. 3. n. 73

Charitate sine uera facta nil ad uitam eternam prodeesse in Rub. n. 63

Christianismi unitatem quorum incogitania discindit, in Rub. n. 103

Christi actio nostra instruicio, sed non ad hoc, in Rub. n. 99

Ciuitatum maior pars regem eligat. N. 3. n. 171

Cives libere ciuitatis tam subiectos, quam alios, N. 3. n. 173

Cognitio an quod sit iustum & an peccatum lethale differunt. N. 6. n. 10.

Comes Palatinus non legitimat filium suum. N. 3. n. 35

Comiso uno comitti ea, sine quibus &c. N. 3. n. 18

Con-

Index.

- Concedere, & transferre differunt. N. 3, num. 10.
Concilium Oecumenicum non conuocat Imperator. N. 3. num. 73
Confessio delicti iniuste torti, non sufficit ad inquirendum, licet incidenter facta
sufficiat in Rub. num. 86.
Confessarij consultores & Palpones Principum in hoc sibi prouideant. in Rub.
num. 70.
Confessarij quid Iudices, & eos constituentes monere debeant in Rub. num. 40.
Consentit qui peccanti peccat. in Rub. num. 55.
Constitutio Ecclesie militantis ligat occulte delinquentem, presertim quoad
censuras in Rub. num. 65. & 66. modo non sola mente id faciat num. 67.
Consuetudo contra legem naturae, & consequenter interrogandi sine inditujs,
corruptela est. in Rub. num. 56.
Consulere demones sapit heresim quando. N. 2. num. 13.
Continuationis huius tituli ratio multiplex, sed qua uilior in Rub. num. 3.
Contrahens non gratuito non seruans aequitatem peccat, N. 6. num. 55. Et con-
tractus sic initus est iniustus. num. 56.
Contrahenti laeso ultra dimidium succurrendum. N. 6. num. 63. Nisi sciens id
passus fuerit. num. 64.
Contrahens decipiens peccat. & restituere debet. N. 6. num. 70. & num. 72.
& num. 79.
Contractor tenetur corripere. N. 6. num. 86. Et an magis quam alius. num. 83.
& 98.
Correptionis fraterne diffinitio aptior, quam Alber. &c. N. 4. num. 1.
Correptionem fraternali ure diuino praeceptam. N. 4. num. 2. & ubi multa
per autho. ibidem num. 3.
Correctio fraterna quem excusat a denunciando heretico in Rub. num. 93.
Corripere proximum tenetur christianus, & denunciare si perseverat in pecca-
to lethali. N. 6. num. 87. & ibidem. num. 96.
Corripi qui potest, potest & denunciari. N. 6. num. 2.
Corripi potest omnis Christianus tam ecclesiasticus, quam laicus imo & inside-
lis. N. 6. num. 3.
Character baptismi quis, & quam necessarius ad sacramenta. N. 5. num. 8.
Character baptismi debilior ad eximendum laicum quam ordinis. N. 6. n. 33.
Christus dominus uniuersorum etiam quatenus homo. N. 3. num. 8. Et caput
omnium hominum ibidem. num. 10. Et omnium angelorum. nu. 11. Et index
hiuorum, & mortuorum contra Anto. ibi. num. 23.
Christus discreuit officia vtriusque potestatis. N. 3. num. 23.
Christus ab eterno fuit sed non fuit ab eterno homo. N. 3. num. 69.
Christus non abstulit ullis sua regna. N. 3. nmm. 63. Et est condominus eo-
rum ibidem. num. 64.
Christus non fuit legitime subiectus Pilato. &c. N. 3. num. 71.
Christus non dedit Petru totam suam potestatem. N. 3. num. 130.

Chri-

Index:

- Christus monarchiam optimam instituit N. 3. n. 135.
Christi monarchia incepit ab ipsius conceptione N. 3. n. 9.
Christianus omnis, quatenus Christianus an sit fori ecclesie. N. 6. num. 3. &
ibi. n. 15. & inibi. n. 18.
Christianus non solum homo: sed quiddam supernaturale N. 6. n. 7.
Christianus super ecdem conueniri potest, ut ciuis, & ut Christianus N. 6.
num. 19.
Christianus cur super alijs peccatis lethalibus non permittitur conueniri, ut
Christianus, & super alijs sic N. 6. num. 20.
Christianus quando conuenitur, ut Christianus exacte N. 6. n. 38 Et quando
non ibid n. 39.
Christianum conuentum, quatenus Christianum non posse iuberi occidi. N. 6
num. 26. Conuentum autem ut hominem sic ibi. n. 29.
Christiani utriusque subsunt potestati: sed diuersimode N. 6. n. 13.
Christianis propria non sola esse spiritualia N. 6. n. 40.
Christiania res publica qua rna. N. 3. n. 170.
Clauium potestati derogat negans ecclesiam posse cogere debitorem ad soluen-
dum cum. & c. N. 6. n. 35. & ibidem n. 100.
Clemens V. in grā 3. Francia declarauit &c. N. 3. n. 26.
Clerus cur non statuat contra leges superioris N. 3. n. 121.
Clerici quare subiecti ecclasticae iurisdictioni N. 6. n. 6.
Clerici duplice nomine spirituales: laici Christiani uno N. 6. num. 30.
Confessarius quomodo bellantem & bellum indicentem absoluet, in Rub.
num. 104
Creatura nulla omnia scit N. 2. n. 1.
Credendum non esse vni etiam legali de malo tertij in Rub. n. 52.
Credentes ea qua alijs praejudicantia narrant nouas res scribentes, siue Menan-
tes, & alijs scribentes ad Vrbem An peccent mortiferi in Rub. n. 49.
Crimen, quod mere spirituale, quod mere seculare, quod mixti fori, quod non
mere spirituale N. 6. n. 42. Et ubi quis ob hanc conueniri debeat ibid. n. 43.
Criminis non notorij ad penitentiam cogit ecclesia N. 6. n. 113. Notorium ve-
ro etiam laici punit, ibidem n. 11.
Crimina non semper omnino extinguntur morte in Rub. n. 35.
Crimen quod scit Episcopus non potest obijcere presbitero, si non potest proba-
re. in Rub. n. 56.
Criminalis positio censetur illa, ex qua crimen concluditur in Rub. n. 60.
Crimina puniri interest reipublicae in Rub. n. 79.
Crimine in omni atroci non potest sine infamia inquiri, in Rub. n. 91
Criminis occulti dissimulatio utilior quam puniri sine querela, in Rub. n. 81.
Crimen causam principalem contingens aliter quam non contingens puniri po-
test, in Rub. n. 85

Index.

D

- D**Enunciant etiam officiali testanti de infamia non esse credendum,
in Rub. n. 95
Denunciatio qualis ad inquirendum sufficiens, in Rub. n. 75
Detrahit quicunque se, uel alium mordinate infamat, uel est causa
ut id fiat, in Rub. n. 54
Detrahit ut audiens detrahentem, sic Index sine infamia inquirens, in Rub. n. 55
Dens est sua ipsa & rerum omnium notitia. N. 1. n. 7.
Deus sciuit olim quod nunc nescit. N. 1. n. 16
Et quomodo Deus intelligit, quod Deus non intelligit. N. 1. n. 22
Deus omnia facit, aut permittit N. 3. n. 74
Dei conspectum nemo fugere potest. N. 1. n. 4. Nec latet eum etiam cogitans
ibidem. num. 5
Dei scientiam non augeri. N. 1. n. 8. Nec variari. ibidem. n. 9. & 11
Dei scientiam parum meminit qui &c N. 1. n. 10
Dei scientiam meminisse saluberrimum. N. 1. n. 12.
Deum omnia nosse qua tripli iure probatur. N. 1. num. 1
Deceptione re ipsa, & dolosa & equiparantur. N. 6. n. 67
Delatio uaria. N. 5. n. 3
Deceptione citra dimidium non esse peccatum seculare. N. 6. n. 116
Dæmon nūquā prodest, nisi ut ob sit. N. 2. n. 31
Dæmones prænunciant futura. N. 2. n. 25.
Denunciationem ad Evangelicam sic perueniendum. N. 5. n. 1
Denunciationis diffinitio omnium aptissima. N. 5. n. 2.
Denunciationis multa ubi trahet author. N. 5. n. 4
Didacus Coua ubi, uir doctissimus. N. 1. n. 45
Discere decet etiam in fossa pedem habenti. N. 2. n. 4
Discere non licet a quolibet. N. 2. n. 13
D. Franciscus a Nauarra laudatus. N. 3. n. 105
Disputatur male, An hoc sit illud, priusquam sciatur quid sit illud, in Rub. n. 12
D. Petrus Pachecus Card laudatus. N. 3. n. 102
D. Franciscus a Mendoça laudatus. N. 3. n. 103
D. Didacus a Alba episcopus laudatus. N. 3. n. 104.
Dominicus Sotus uir eruditio singulare. N. 6. n. 93.
Dominium non perdi peccato mortali. N. 3. n. 59. Nec fundatur in charitate
ibidem. n. 60. Nec repugnat paganismo ibidem. n. 61
Don Didacus a Leyua siue Conarruias laudatus, in Rub. n. 13
Dona Dei non omnia esse spiritualia, & que talia, in Rub. n. 26
Dona propior uxori, quam feendum Vasallo, in Rub. n. 10
Dona maxima Dei, sacerdotium. & imperium. N. 3. n. 28. Et ualde differunt.
ibidem. num. 36
Durandi sententia subtilis de Christianismo; sed displaceat. N. 6. n. 16 & n. 17

Dux

Index.

Dux sibi duce carens &c. N. 2.n. 114

E

- E**cclesia militans instar triumphantis. N. 6. nu. 14
Ecclesia coercionem habet. N. 3. n. 198
Ecclesia militans que instar triumphantis. N. 3. n. 13
Ecclesiæ monarchiam non impedit susceptio multorum a Deo imme-
diata. N. 3. n. 136
Ecclesia semper una fuit, sed non unus eius summus sacerdos. N. 3. n. 140
Ecclesia compellit restituere deceptorem citra dimidium iusti precij. N. 6. n. 46.
& ibidem n. 80. & fraudem, & dolum odit &c. ibidem. n. 23
Ecclesiasticus an cognoscat de quolibet Christiano, quatenus Christianus est
N. 6. num. 9
Ecclesiastice iurisdictionis non est incapax laicus iure diuino, contra Almay-
num. N. 3. n. 145
Ecclesiastice ac laicæ potestatis subtilis differentia N. 3. n. 140
Ecclesia subest quod tantum uno nomine est spirituale. N. 6. nu. 31
Ecclesiasticus cognoscit de omni peccato mortali cum libet Christiani etiam
laici &c. N. 6. n. 1. & ibidem n. 81
Emanuelis doctissimi commentaria laudata. N. 6. n. 115
Emere carius an sit donare. N. 6. n. 62
Emens minore precio aliquid non gratuito &c. N. 6. n. 51
Emens minoris iuslo q. casibus peccat s. non N. 6. nu. 61
Emens vilius scienter peccat. N. 6. n. 65. uel si scientia superueniat. ibidem.
n. 66. contra Aretin. & Anton. Burgen. ibidem n. 69. & nu. 110
Ementem uilis tam citra, quam ultra dimidium conueniri coram ecclesiasti-
co: Sed efficacius qui citra, quam qui ultra. N. 6. n. 114
Ementi deceptio an detur officium iudicis. N. 6. n. 91.
Emptio minore precio, quam par est, peccatum, nunc lethale, nunc ueniale.
Not. 6. n. 57
Episcopo simul & domino uenationes, & similia non licent. N. 6. nu. 28
Errores manifesti utriusque partis. N. 6. n. 40
Excipi an possit contra conuenientem in foro ecclesiastico de peccato, etiam sub
ratione peccati: not. 6. n. 22. Et quando id habet locum ibidem. n. 82
Extrahag. Vnam sanctim 8. modis inducta pro communii. not. 3. nn. 19

F

- F**aciat nemo alijs, quod sibi fieri non uult. not. 6. num. 48
Famæ non creditur etiam semiplena in criminalibus in Rub. n. 52
- Famæ conservatio utilior Reipub. quam punio criminis secreti.
in Rub. num. 56
Fides siue credulitas quid in Rub. nn. 43

Index.

- Fides siue credulitas una certior alia, in Rub. n. 50
 Fidei siue credulitati alicui inest virtualiter, licet non actualiter aliqua heresatio, in Rub. num. 50
 Finis utrinusque iuris diuersus. N. 3. n. 90. Saltem immediatus n. 91
 Finis consideratio cuius, eius & medij. N. 6. n. 14
 Fornicationis prohibenda tota ratio non cessat bona prolis educatione. in Rub. n. 76
 Futura nec homo. nec angelus in se nouit. N. 2. n. 9. Neque cogitatus. num. 20.
 Si nolit cogitans. n. 11.
 Fratrum minorum templa cur præferre debeant paupertatem. N. 2. n. 2
 Frustra petit, quæquis intus habet. N. 1. n. 13

H

- H**æresis quid, & heretici. N. 3. n. 41
 Hæreticum non esse, N. tertium. neque eius contrarium. N. 3. n. 43
 Hereticū esse contrariū not. sexti. sic declarati. N. 6. n. 33. et n. 101
 Hæreticus mente tantum non est excommunicatus. in Rub. n. 67
 Hæresum causas omnino spirituales traxisse ad prætoria profana parum profuisse uidetur, in Rub. n. 69
 Hæreos in crimen inquirit specialiter sine accusatore etiam filio non tamen si ne aliqua suspicione. in Rub. n. 93
 Henricus de Moerenda. Autbori gratus & commodus moritur. in Rub. n. 97
 Hieronymus Balbus nonnullis tribuit aliena. N. 3. n. 20
 Historia sacræ omnino creditur, alijs non nisi &c. in Rub. n. 52
 Homicidiū voluntarij cuius irregularitas indispensabilis. in Rub. n. 109

I

- I**mperij ortus quando. N. 3. n. 7
 Imperium laicum totius orbis non unum, N. 3. n. 158
 Imperia 4. quæ celebriora & per violentiam cepisse. N. 3. n. 157
 Imperator quid iuste tenet, & quid iuste amisit, N. 3. n. 165
 Inditia qualia ad interrogandum reum requisita, in Rub. n. 58
 Inditium facit unus testis deponens de criminis, sed non de inditijs. in Rub. n. 58
 Inditium inordinatum esse iniustum licet alias esset equum, in Rub. n. 77
 Inditia ob iudicia quæ ratione inquiri potest. in Rub. n. 96
 Inditium de occultis plus uentatur eo quod sunt occulta peccata, quæ quod sunt occulti peccatores. in Rub. n. 61
 Infamans tenetur se infamare, si alias non posset famam restituere. in Rub. n. 61
 Infamia uel suspicio quanta esse debet, Index arbitratur, in Rub. n. 92
 Infamia causam præbens infamare censetur & peccat, in Rub. n. 77
 Infamia qualis ad interrogandum reum requiratur, in Rub. n. 53

Infam-

Index.

- Infamia orta post capturam non sufficit licet antea nata non amittat vim probandi, in Rub. nū. 91
- Johannes Fachinettus de Nuce presul laudatus, in Rub. n. 108
- Inquiri non poterat sine infamia de crimine lese maiestatis ante extrauagantem reprimendum, in Rub. n. 84
- Inquisitio, quæ sit super electo postulato, uel presentato ad ordines, uel beneficium non est exceptio regulæ de non condemnando sine accusatore, nec generalis inquisitio, nec ulla inquisitio quæ sit ad utilitatem priuatam, & miserabilium personarum, uel priorum operum, nec ulla inquisitio facta ex officio. in Rub. nū. 85
- Inquiriri potest ad impedienda crima sine accusatore etiam fitto. in Rub. n. 92
- Inquiriri potest sine infamia etiā in crimen lese maiestatis humane. in Rub. n. 94
- Inquiritur quomodo ob suspicionem iuris habitam pro infamia ad inquirendum. in Rub. n. 96
- Inquisitio ob quam delicti confessionem fieri possit, in Rub. n. 86.
- Inquiriri potest specialiter super crimen occulto per generalem inquisitionem detecto in Rub. n. 87. nisi inquirens sic protestetur. in Rub. n. 88.
- Inquirenti generaliter occulta non debent reuelari, sed reuelata etiam si reuelator in eo peccauit, reuetur ea castigare, in Rub. n. 87
- Inquisitio specialis criminis occulti non permittitur ob solam eius atrocitatem, nec requirit partium preiudicium. in Rub. n. 88
- Inquisitio criminalis sit de crimen manifesto criminosi occulti, sed generalis de ipso criminoso. in Rub. nū. 88
- Inquirendi nouum casum potest inducere monarcha iusta de causa, & non sine illa, in Rub. nū. 89
- Inquisitionis commissio etiam a Principe simpliciter facta non tollit necessitatem infamiae, uel alicuius ei equipollentis, in Rub. n. 90
- Inquisitionis commissio, An motu proprio, an alter fiat, nil quoad hoc referre. in Rub. nū. 90
- Inquisiturnus specialiter priusquam procedat de infamia, uel alio ei equipollenti debet se informare, alioquin peccat mortifere coram Deo, licet processus obsecordiam inquisiti vel opponentis ualeat in foro externo, in Rub. n. 91
- Inquiriri non potest etiam contra regulares sine infamia uel alio ei equipollenti. in Rub. n. 91
- Inquirere non potest Index eo solo quod non presumatur calumniari. in Rub. n. 91
- Inquisitionis a uera doctrina multos in Theoria et Praxi ab errare in Rub. n. 79
- Inquisitio regulariter utroque iure prohibita, & eisdem casibus utroque permissa, in Rub. n. 79
- Intellectus. l. Ex hoc iure. ff. de iussi. & iure. N. 3. nū. 65
- Intellectus reguli. Cui licet lib. 6. N. 3. n. 110
- Intellectus c. 1. 21. dist. N. 3. n. 126. Et aliorum n. 128
- Intellectus illius: Per me reges &c. Et omnis potestas a Deo est, Notab. 3. num. 149

· Inde x ·

- Intellectus c. In apibus. 7. q. 1. N. 3 n. 160
Intellectus l. De precatio. ff. ad. l. Rhod. de iactu. N. 3 n. 191
Intellectus c. 2. Daniel. citati per Bart. N. 3 n. 163
Intellectus regul. idem non esse diuerso iure &c. N. 6. n. 25
Intellectus c. Quecunque & ratio c. Quicunque & c. Volumus 11. quæst. 1.
N. 6. num. 41
Intellectus l. in causæ. §. 1 ff. de minor. & similium. N. 6. n. 58
Intellectus c. cum dilecti & c. cum causa de emptio. N. 6. n. 108. & n. 109
Interrogare ut discas, & ut alius discat & c. N. 1. n. 18
Interrogans non uidetur fateri, nisi & c. N. 1. n. 141
Interrogatio an debet præcedere inquisitionem contra Angelum. in Rub. n. 61
Intellectus. §. debet c. qualiter & quando 2. de accusat. in Rub. n. 61
Interrogari non potest quis de alio crimine, eo quod de alio sit infamatus, nec
confessus nisi illud sic inditium alterius, in Rub. n. 64
Interrogari quare potest reus in notorijs & famosis, in Rub. nu. 58
Interrogari cur debet reus ante infamiam seu inditium, duplex ratio, in Rub. n. 59
Intellectus illius nolite iudicare. in Rub. n. 42
Intellectus triplex c. quidam. 1. q. 1. in Rub. n. 61
Intellectus. §. A barbaris. l. non omnis ff. de re milit. in Rub. n. 64
Intellectus c. per tuas, de Simonia. in Rub. n. 35
Intellectus l. ubiunque ff. de interrog. action. in Rub. n. 57
Irregularitate de nata ex homicidio quedam pulchra, in Rub. nu. 107
Iudicium precepit cognitio. N. 2. n. 23
Iudicium inquisitionis propriæ dicitur Iudicium, & quodlibet aliud etiam ante
litem contestatam. in Rub. n. 16
Iudicium est duplex, ordinarium, & extraordinarium, quorum utrumque ha-
bitenus non diffinitum sic d. finiri potest. in Rub. n. 17
Iudicium inquisitionis absolute extraordinarium, secundum quid ordinarium,
in Rub. n. 18
Iudiciorum aliud spirituale, aliud temporale, & utriusque definitio, in Rub.
numer. 19
Iudiciorum aliud criminale, aliud ciuile, aliud mixtum & omnium definitio,
in Rub. n. 31. & 34
Iudicium ad remouendum quem ob officio, criminale est, non obstante cap. per
tuas. de Simon. in Rub. nu. 32
Iudicialis strepitus aliquantula cælestium memoria saliatur, in Rub. n. 2
Index preparatorijs quando sit Iudex cause preparato, in Rub. n. 11
Indices inquirentes specialiter contra aliquem absque prenia infamia, vel alio
ei æquipollenti graviter peccare in Rub. n. 77
Iudicium originaliter significat actum quo Index ius dicit, & alia figurate,
in Rub. n. 39.
Iudicium plus pertinet ad uirtutem iustitiæ quam prudentiæ, in Rub. n. 40
Iustitia est uirtus & habitus ex alibus ius reddendi vel reddere nolendi fre-
quen-

Index.

- quentatis ingenitus, in Rub. n. 40
Indices qui dant uel confirmant, quas in eis uirtutes requirant. in Rub. n. 41.
indicare non licere heres Valdensium, in Rub. n. 42
Index iudicans in mortal i qui mortali iter peccat, & qui uenialiter, in Rub. n. 43
Index potest ex causa iuste augere uel leuare penam, sed non alias, in Rub.
numer. 99.
Index ex officio potest procedere in omnibus, que ad utilitatem publicam per-
tinent. in Rub. n. 79
Indices rogantium pro reis absoluendis multos peccare, in Rub. n. 101
Index est iustitia animata de causa aliorum duorum cognoscens, in Rub. n. 80
Iudicare aliqua esse iusta et ratione precipua quod l. expediant multorum cau-
sa malorum, in Rub. n. 102
Iudicaturus iuste deliberet prius an liceat & deceat quam expeditat, in Rub.
numer. 102
Iusticiam qui facit omnis honorandus, quia Deo acceptus, in Rub. n. 103
Iudicium significat quindecim, sed nullum eorum originario significato, in Rub.
num. 14
Iudicium pro discussione, sive processu judiciali diffinitur sic paulo cautius,
in Rub. n. 15
Indicia extra iudicialia non sufficiunt ad inquirendum, in Rub. n. 78
Iurisdictionem circa usurpatiōnem uarios uarie peccare, & raros penitentia,
rariores confiteri, & restituere, & nonnullas censuras Bulle cōcē incur-
rere, in Rub. n. 69
Iudicium ut usurpans peccat, ita & pars id procurans, in Rub. n. 68
Iudiciorum aliud competens, aliud usurpatum, & quid utrumque, in Rub. n. 68
Indices laici olim sententias episcoporum suis preferabant, nunc contra suas so-
las laudant, in Rub. n. 69
Iudiciorum aliud iustum, aliud iniustum & utriusque definitio, in Rub. n. 71
Iudicium pro actu iudicandi quintuplex scientia &c. prima q. incompatibilia,
s. alijs compatibile, in Rub. n. 43
Iudicium circa omne genus potest peccari & mereri, in Rub. n. 44
Iudicium de re a iudicio de persona sic differt, in Rub. n. 44
Indicem qui ex suspicione condemnat, peccare mortaliter, quomodo intelligen-
dum quo ad interlocutorias, praeferim capturae, torturae, &c. in Rub. n. 51
Indices cogentes respondere reos per torturam, uel iuramentum, uel sine illis
absque preiuis & sufficientibus in id indicij grauiter peccare, in Rubr.
num. 53
Iuramenti ratione quando quis nouum sortitur forum, in Rub. n. 12
Iusticie communitiae fundamentum quod N. 6 n. 46.
Iustitia generaliter sumpta est genus, ad iustitiam stricte pro bono & aequo
sumptam, in Rubr. nu. 71
Inspatronatus est spirituale & annexum spirituali, in Rub. n. 20
Iustitia uirtus clarissima, contra quam sic peccatur. N. 6. n. 53

Lege

Index:

Iustum bellum quod requirat, & iniusta ut differunt, in Rubr.
numer. 105

L

- L**ege naturali, & diuina tenetur quis regulariter sua scelera calare
in Rub. n. 53
Lege naturali diuina & humana a scandalizando prohibemur, in Rub.
num. 14
Lege naturali diuina & humana a detrahendo prohibemur, in Rub. n. 54
Lege naturali & diuina sit cuique facultas se defendendi etiam ciuiliter & ne-
gandi arma contra se. in Rub. n. 55
Legi naturali fortiori cedit minus fortis, & consequenter legi de conseruande
uita, lex de seruanda fama, in Rub. n. 92
Legem contra naturalem & diuinam est damnare sine accusatore uero uel ficto
in Rub. n. 80. & melius n. 82
Legem naturalem & diuinam de non infamando, uel de non scandalizando ne-
mo potest tollere, nec princeps ullus sine iusta causa minuere, uel limitare.
in Rub. nu. 81
Legi naturali & diuina utrumque ius & que subiicitur, in Rub. n. 18
Legem implet qui mentem eius seruat, & inservit, qui ea omissa uerba illius ser-
uat, in Rub. nu. 75
Lex naturalis immutabilis, in Rub. n. 84. limitari tamen potest ex iusta cau-
sa nu. 89
Lex iuxta limites sue rationis etiam coniuncte limitanda est, in Rub. n. 75
Lex iustitiæ obligat restituere, non lex charitatis &c. in Rub. nu. 105
Librum fabulosum legere quibus ueritatum. N. 2.n. 14. & n. 15
Ludouicus Sanctus Rex Francorum potestatem super spiritualibus sibi a Papa
datam respuit, in Rub. n. 70
Ludouicus legem tulit contradicentes. &c. N. 3.n. 29
Lusitanie, & Francie regna supernaturaliter approbata, N. 3.n. 152
Lusitano paret India, que non paruit Romano. N. 3.n. 128
Lusitania belli, pacisque artibus florentissima, N. 3.n. 168

M

- M**atrimonium, ut sacramentum, post Christum cœpit. N. 3.n. 93
Matrimonia que non ualent & sponsalia sic hodie, in Rub. n. 5
Marcus Varro incredibilis lector & scriptor, N. 2.n. 8
Menendus de Sa Corinabrigens. landatus, N. 3. n. 105
Miles in iste pugnans quem in iste præstantem occidere potest, in Rub. n. 107
Milites prohibiti emere prædia ubi ualunt, possunt emere domos. in Rub. n. 72
Milites quos excusat ignorantia iniustiæ belli, in Rub. n. 106

Mise-

Index:

Misericordia altera iusta, altera iniusta, in Rub. n. 99

Monarchiam præstare Aristocratiæ, & democratiæ. N. 3. n. 174

Moses habuit utrunque potestatem summam. N. 3. n. 78

Moses Aharoni commissit sacra. N. 3. n. 39

N

- N**atura naturans Deus. N. 1. n. 3
Naturali iure natatur, & permittitur quandoque homicidium. N. 3. n. 113
Naturalem prouidentiam non tollit Imperatoris lex. N. 3. n. 113
Nauarri, & Legionenses Hispanorum primi sibi fecerunt reges, post illam cladem Saracenicam, N. 3. n. 117
Negligentia conseruandi bona ecclesiæ peccatum lethale. N. 3. n. 22
Nimbrot primus rex post diluvium an Tyrannus. N. 3. n. 154
Noscere facies aliquando, noscere dicitur. N. 2. n. 24
Nova qua reprobanda, & qua non. N. 6. n. 104
Nova ratio, cur c. Raynicius, & c. Rainaldus, ligent etiam laicos. N. 3. n. 133
Nona ratio, cur Papa potuit transferre imperium. N. 3. n. 137
Nona ratio cur nequeant esse duo Papæ, & duo imperatores sic. N. 3. n. 140
Novus intellectus Extravag. Vnam sanctam, de maiori. N. 3. n. 139

O

- O**bediendum magis deo quam homini. in Rub. n. 59.
Occidens uoluntariè iuslè non fit irregularis indispensabilis. in Rub. n. 110
Occultum per se quod est mentale, tantum differt in hoc, ab occulto per accidens. in Rub. n. 67
Opinio siue suspicio quid. in Rub. n. 43
Orari quid debeat in hosties. in Rub. n. 105
Orbis Romanus quis. Not. 3. n. 162

T³

- P**antalonis doctrina declarata. N. 6. n. 98
Papa indicat subditos imperij. 149. in casibus remissive. N. 3. n. 2
Papa transfluit imperium, super quo multa potest. N. 3. n. 3. Et deponebit reges. n. 5
Papa soli, & imperator Lunc similis. N. 2. n. 4
Papa successor Petri, & Vicarius Christi &c. N. 3. n. 12
Papa urbis Romæ summam ex donatione habet. N. 3. n. 24
Papa a quibus abslinere debet, secundum Petrum. N. 3. n. 37

M

Papa

Index.

- Papa an erret in his, quæ sunt fidei. N. 3. n. 46
Papa inservit cognoscit de causa ecclesiæ sive. N. 3. n. 48.
Papa est maior Imperatore simpliciter contra Bald. N. 3. n. 56. Licer hie minor illo quoad quidam. n. 57 Et ideo prescribendus. n. 66.
Papa nulli se potest subdere indicandum. N. 3. n. 75
Papa potest Reges deponere, uel deponentibus consentire, n. 100. Et cur vacans imperium regere, n. 107. Et cur Fredericum depositum. n. 109
Papa potest quedam maxima, & non quedam minima. N. 3. n. 109
Papa cur potuit imperium transferre. N. 3. n. 124. Et coronat Imperatorem potestate non diuinitus: sed humanitus accepta. N. 3. n. 129. Et a Deo accipit potestatem etiam hodie, licet mediante electione ecclesiæ, secundum Romanos. N. 3. n. 148
Papa Iohannis humilitas in epistola N. 3. n. 27
Pape licet de sua propria causa cognoscere. N. 3. n. 47.
Paulus nifit Hispanias, N. 1. n. 3
Pax duplex, bona & mala. N. 6. n. 112
Pax christianismo ob quæ peccata parvii habita forte negatur. in Rub. n. 103
Peccatum lethale quare non tale spirituale quiddam. N. 6. n. 21
Peccatum multiplicis fori uide crimen. Et ubi quis.
Peccatum sive idem detinere & accipere aliena. N. 6. n. 76
Peccato. etiam de non notorio laici cognoscit ecclesia. N. 6. n. 37
Peccator in uno deflebat, quod factus est omnium reus, ut intelligendum. in Rub. n. 63
Peccata siuos autores teneant. in Rub. n. 64
Peccare lethale qui contrahendo graviter decipit proximum etiam extra diuidum iusti precij. N. 6. n. 47. & ibidem n. 85. Et peccata deo abscondita N. 6. num. 15
Pertinax quis. N. 3. num. 42
Philippus pulcher in Bonifacium indignatus. N. 3. n. 30
Pœna criminalis quare interdum uocatur Civilis. in Rub. n. 37
Pœna pecuniaria legalis uel conventionalis cui applicanda. in Rub. n. 28
Positioni non respondens quis censetur eam fateri. in Rub. n. 56
Potestas Laica summa non est penes Papam. N. 3. n. 1
Potestas ecclesiastica non repugnat laicæ. N. 3. n. 77
Potestas officium, & potentia an differant, ut ait Bald. &c. N. 3. n. 80
Potestas ecclesiæ quæ nunc est, non sicut &c. N. 3. n. 92
Potestas ecclesiastica quatenus tangit temporalia. N. 3. n. 96
Potestas ecclesiastica, & laica contrario modo progressa. N. 3. n. 94
Potestas laica non sicut una instituta toti orbis sicut una ecclesiastica. N. 3. n. 118
Potestas ecclesiæ, & laica cur sol & luna. N. 3. n. 125
Potestas ecclesiastica nec gratiam, & minus prædestinationem requirit. N. 3. n. 142. Imo neque fidem n. 143. Licer characterem baptismalem sic. n. 144
Potestas laica non desinit esse datum immediate a Deo, quod sit debita legem naturæ

Index.

- cura contra Alm. N. 3. num. 146
Potes^ttas laica immediate a Deo data communitati, non regibus N. 3. n. 147
Potes^ttas ecclesiastica coniuncta seculari an occidere possit. N. 6. n. 27
Potes^tatis ecclesie diffinitio perfecta. N. 3. nu. 81. quæ probatur n 82. Et quæ
druplex est. nu. 83. Et cui sit data principalis, ecclesie, an Petro. nu. 84.
Potes^tatis laica diffinitio. N. 3. n. 85. Quæ necessaria communitati. nu 86. ut
probatur. n 113
Potes^tatis ecclesia in laicos capita resoluta. N. 3. n. 122
Potes^tati nulli subi^cci dicere insanum. N. 3. nu. 141
Potes^tatem laicam nulla communitas a se abdicat. N. 1. n. 110
Præceptum de non furando omnem damnificationem continet. N. 6. n. 23
Præceptum de restituendo affirmatum est, negatum n. 78
Præcepta decalogi etiam monarchas ligant, in Rub. n 78
Princeps cur nequit pro libito remittere pœnam ut Deus ipse. in Rub. n. 100
Principe inferior non potest etiam cum causa limitare legem naturalem. in
Rub. num 90.
Principi committenti inquisitionem, & afferenti sibi constare de infamia, an
sit credendum. in Rub. nu. 90
Prodendi sua mala occulta ab onere, lege naturali, diuina & humana liber est
quilibet. in Rub. nu. 53
Prophetas habet demon. N. 2. nu. 26. Et qui diflet a Dei. nu. 27. Et quos cogi-
tatus sciat. nu. 28

Q

Questio an hoc sit peccatum spirituale, ut an spirituale iuramentum.
N. 6. num. 11. & 105

R

- R**atio multarum conclusionum profundarum & nouarum. N. 6. n. 44
Ratio c. Quæcumque & c. Voluntas 11 q. 1. N. 6. n. 12
Ratio legis, mens & anima eius in Rub. nu. 53
Ratio tota legislatoris est tota causa finalis legis, in Rub. n. 74
Ratione gubernandi optima quæ. N. 3. n. 15
Rex primus post Noam an tyrannus. N. 3. n. 156
Rex noster qua lege reipublice profuturus. N. 6. n. 116
Rex quatenus potest liberare suum regnum. N. 3. nu. 172
Reges nostri rarissima exemplaria regum. N. 3. n. 175
Regem unum an maior pars Christianorum eligat. N. 3. n. 69
Regem unum an maior pars orbis efficiat. N. 3. n. 168
Reges Hispani, & Galli subiacuerunt imperio. N. 3. n. 6
Reges Hispania exempti ab imperio & c. N. 3. n. 31

Index.

- Reges Hebreorum a Deo, non a sacerdotibus. N. 3. n. 320
Reges Hebreorum non suberant sacerdotibus in prophanis. N. 3. n. 33
Reges olim praeuerunt sacerdotibus in causis seculi, & ab eis vocabantur domini. N. 3. n. 34
Reges an propter regna, uel econtrario. N. 3. n. 101
Reges Hispanie quia ratione exempti. N. 3. n. 116
Reges minus subiecti Pape quam Imperatores. N. 3. n. 127
Reges suam potestatem capere a Deo. N. 3. n. 50. & quomodo n. 152
Reges singulis an singularum tantum ciuitatum esse debeant. N. 3. n. 155
Regum Hebreorum iunctiones, an & quomodo reges fecere. N. 3. n. 150
Regibus assistentibus duo memorabilia. N. 6. n. 36
Regiam potestatem esse contra ius naturae qui dicit insanit. N. 3. num. 148
Et qui idem ait de regnis & regia dignitate. n. 150
Regna multarum ciuitatum iusta. Not. 3. n. 153
Regna uolenter incæpta quo modo iusta. N. 3. n. 156
Regna varia quando incæperunt. N. 3. n. 159
Regule standum donec probetur exceptio. in Rub. n. 61
Religiosum contra infamantem uel confessum de uno crimine inquirens Praetextus de alio cuius non est infamatus grauiter peccat. in Rub. n. 61
Remedium contra uscipientem mala fide lex non dat. N. 6. n. 83
Rescriptum in dubio ita interpretandum ut consonet iuri communis, etiam trans ferendo clausulas. in Rub. n. 90
Rex quos debet consulere in bello indicendo. in Rub. n. 106
Restituere debens, & id non faciens statim peccat noue: & perseverat in antiquo. N. 6. n. 74. & ibidem n. 78. Licet non habeat voluntatem non restituendi. ibidem n. 75
Roncissallis insignis. N. 3. n. 105
Romulus discrevit sacra prophanis. N. 3. n. 38
Roma cum multis terris iuste ab imperio exempta. N. 3. n. 166

S

- S**acramentalia & beneficia, qua ratione sunt spiritualia, eadem est & ins patronatus in Rub. n. 27
Sacra non omnia spiritualia. in Rub. n. 29
Scientia Dei non ponit necessitatem futurorum. N. 1. n. 6
Scientia una certior alia. in Rub. n. 50
Scientia quid. in Rub. num. 43
Scit Christus ut homo, & ut Deus. N. 1. n. 21
Sit nemo ansit amore, uel odio dignus. N. 1. n. 9
Scruples quid. in Rub. n. 43
Spiritus multa significat, & ideo spiritualia multigena. in Rub. n. 24
Spirituale diffinire non facile, sed diffinitur sic quoad propositum. in Rub. n. 25
Spiri-

Index .

- Spiritualia quædam alijs spiritualibus spiritualiora, & ideo alijs alia annexa .
in Rub. num. 28
Spiritualibus cur dicantur annexa beneficia & Ins patronatus. in Rub. n. 30
Superior peccans in loco inferioris non subest illi . N. 2. n. 72
Suspicio frequentius de malo , sed frequenter etiā de bono habetur . in Rub. n. 44
Suspicio leuis, grauius, & uebemens datur. in Rub. n. 45
Suspicari male de altero sine ulla causa , uel grauius, quam ea requirit, pecca-
rum . in Rub. n. 46
Suspicantium triplex genus hominum peccare . in Rub. nu. 46
Suspiciendi cur sint senes . in Rub. nu. 46
Suspicio qualis potest a Iudice haberi pro infamia ad inquirendū . in Rub. n. 96
Suspicio sola cur peccatum . in Rub. n. 46
Suspicio, siue opinio una maior & uebementior alia . in Rub. n. 50
Suspicio non omnis mala, nec omnis mala mortifera . in Rub. n. 47.
Suspicio nulla de malo, qua non firmiter creditur, est mortifera, nisi aliud nota-
bile malum efficiat, & quantā firmitas in id requiratur. in Rub. n. 48
Scire more humano, & scire more diuino. N. 1. n. 17.
Scire & approbare, & scire tantum. N. 1. n. 19
Scire secundum præsentem iustitiam, & scire secundum eternam. N. 1. n. 20
Sci ri potest quem inclinari ad malum . non tamen &c. N. 2. n. 19

T

THomē doctrina a quo probata. N. 1. n. 49. Et quo usque ibidem n. 42
Thomae Aquinatis Corpus Tholosæ. N. 3. nu. 45
Tortura quædam est iuramentum, & a neutro incipiendum . in Rub.
num. 56

V

Virtutis non cuiuslibet actus necessarius . in Rub. n. 76
Virtutis remedio recedens scienter peccat , N. 6. nu. 5 2
Vita hominis militia, qui eius duces . N. 2. n. 29
Vocem habens & non contradicens consentit . in Rub. nu. 106
Vtilitas pro duobus inducta alterum non grauet. N. 6. n. 50
Vjurarius laicus compellitur ab ecclesiastico ad pænitendum. N. 6. n. 84
Vsura non tam latè siveque regnauit , ac uicium mercandi nilius, & carius
N. 6. n. 102

X

XRistophorus a Capite fontium Generallis Minorum Laudatus .
in Rub. n. 110



EPIGRAMMATA
PRIDEM IN PRIMA AEDITIONE
CONYMBRICAЕ ADIECTA.



Iacobi Teuij I. C. eloquentissimi ad
Authorem Carmen.

MEns, lingua, ingenium, Naturæ dona parentis
Sint licet, artificis munere cuncta nitent,
Pura quidein, & minimis mens candida sordibus ut sit
Natura, arte eadem purior esse potest.
Linguae itidem sonum præbet natura suauem,
Suavior ut fiat, postulat artis opem.
Quis neget ingenium nostra magis arte iuuari,
Vt solet assiduo uomere cultus ager?
Hæc data diuino tria sunt tibi munere dona,
Mens pia, & ingenij lumen, & oris opes.
Purius illa tamen studijs exculta nitescunt,
Et rude si quid erat, sedulus arte dolas.
Sydera ceu claro debent sua lumina Phœbo,
Sic sua virtutum lumina terra tibi.
Sermo fluit facilis sapienti ex pectore manans,
In sene doctiloquo Nestore qualis erat.
Testis erit linguae, & mentis latissimus orbis:
At quale ingenium sit tibi scripta docent.





GEORGII BUCHANANI IN
IN SIGNI BONARVM ARTIVM
COLLEGIO.

*Apud Inclytam Conymbricam Professoris
Primarij Aliud.*



Macte animi Venerande senex, qui pectore sancto
Abdita secreti reseras penetralia iuris:
Et uerias recludis opes: uitijq. rebelis
Sæpè renascentem resecas rationibus herbam:
Non tu Diætro mendacia callidus antro
Authoremque Iouem singis, lucoue Capeno
Auia nocturnæ simulæ commercia nymphæ:
Nec tripodas Phœbi mentita oracula fundis:
Sed liquida ueri puris de fontibus unda
Pectora nostra rigas: moresque in prauâ fluentes
Corrigis: & iustis legum compescis habenis,
Spes inimias: animosque feros moderamine flectis.
Pontifices tu purpureos, doni inumque potentis
Ausoniæ, ducesque doces discrimine certo
Nosse modum iuris, flexuque obliqua doloso
Exigis ad Canones interpres commodus æquos.
Ergo uelut dubijs Phœbea oracula rebus,
Aut libycas sortes, aut Dodonæa petebant
Templa inopes ueri, trepidoque instantे tumultu:
Sic cum perplexis mentes ambagibus error
Implicat, & iuris sinuoso tramite fallit
Semita, tu dubios regis, errantesque reducis:
Confirmas trepidos, reuocasque in cæca ruentes,
Et mala ne serpent rabiosæ semina litis,
Ante caues: & uilitiæ præceptor inermis
Aurea compositis instauras secula bellis.

Errata in Rubrica sic corrigito, p. paginam, l. lineam designat.

Pag. 12. lin. 36. pro domum, lege donum. p. 13. l. 3 lege Nulli. p. 41. l. 9. pro vir, lege cur.
p. 36. l. 2. pro quæ, quod.

Errata in Repetitione sic corrigito.

Pag. 3. lin. 32. pro c. in, lege in c. p. 6. l. 19. pro scita, sciat, p. 30. l. 30. pro est, non est, p. 32.
l. 24. pro q. lege q. 1. p. 35. l. 1. pro 22. 23. p. 62. l. 20. pro compam, contra. ibid. l. 23. pro parta.
Papa. p. 66. l. 11. pro 7. sess. 7. p. 93. l. 10. pro Regum, Regul. p. 98. l. 5. pro c. lege c. 2. p. 110. l. 13.
pro naturalis, notabilis. p. 114. l. 18. pro quoniam, quando. p. 121. l. 20. lege indic. p. 125. l. 5
pro suscipiendo, suspicioendo. p. 142. l. 32. pro naturalis, notabilis. p. 144. l. 19. lege c. 1.



SERIES CHARTARVM

In Rubrica:

* a b c d e f g.

Omnis sunt quaterniones, præter * qui est duernio, & g, ternio.

In Repetitione.

A B C D E F G H I K L M.

Omnis sunt quaterniones, præter K L M, qui sunt duerniones.

R O M Æ, M D L X X V.

Apud Iosephum de Angelis.

*Ret
3095*

